



1) Geberius, (Roh.)

Metall 2/7)

PK

5
h
52

ALLI DO

NATIVIRI CLARIS

SIMIDE OCTO PARTIBVS ORA

tionis methodus: quæstiunculis

puerilibus vndiq; collectis,

illustrata per

Leonardum Cul

mannum Crailsheymensem.

THO. VENAT.

Riuulus è tenui ducit primordia toso,
Cuius nunc rapido fonte feruntur aquæ.
Surgit & immensus modico thesaurus ab ære,
Qui passim Cræsi uincere posset opes:
Et puer è paruis studiorum exordia poscit,
Donec sufficiat grandia scripta sequi.

FRANCOFORDIÆ AD ODERAM,

IMPRIMEBAT IOANNES

EICHORN.

Actus Donatus

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS

ACTUS DONATUS



AMPLISSIMÆ
SPEI PVERO, CHRIS-
tophoro Cholero Patricio No-
rimbergensi, Leonardus
Culman S. P. D.



*Excerpsi nuper Christophore cha-
rissime, in puerorum meorum utili-
tatem, praesertim qui declinandi con-
iugandiq; principia nondum attige-
rant, ex Grammaticis quaestiones
quasdam, quae mihi uisae sunt breuiore,
ac ideo magis ad captum puerorum
accommodatae, easq; in Donati
minoris de octo partibus orationis
libellu, qui à pueris circumfertur,
redegi, quo facilius prima huius-
modi Latini sermonis elementa,
quae hic docentur, hauriri possent.
Nam dici haud potest, quantum
hoc exercitij genus & doctrinae
facilitatis infirmam aetatem iuuet,
quae ob id primum minus laboris
& tædij sentiet, ac deinde etiam
discendi reddetur cupidior. Cogitanti
autem mihi, cui haec potissimum
studia mea dedicarem, tu in primis
occurrere mi Christophore, cuius
nomine & patrocinio in publicum
prodirent. Quippe quod ea
putarem tuis atq; fratrum tuorum
studijs non inuutilia futura:*

uidebatur, ut hic optimus primorum studiorum in-
formator, tuo beneficio uniuersæ iuuentuti litera-
riæ commendaretur, quem si neglexerit contempse-
ritq; quicquid superstruxerit, id totum corruet. Tu
igitur mi Christophore, qui planè nobis nomine mo-
ribus, atq; ingenio patrem tuum refers, benigno ani-
mo accipe, hoc quicquid est muneris tibi dicatum:
& sedulo cura, ut expectationi patris tui responde-
as, qui omni conatu id unicum agit, quo melior pars
ætatis tuæ adhuc teneræ, imò flos ipse, optimis pa-
riter & moribus & literis rectè instituatur, tunc
autem respondebis, si uirtute ac rectis studijs te pul-
chrè ornaueris. Christus Opt. Max. patriæ te tuæ ac
literatis quàm diutissimè incolumem tueatur. Bene
uale Norimbergæ ex schola Ptochotrophij, Calend.
Maij, 1534.

Michael & Laurentius Chiliani.

M. Quam rem hic agis Laurenti? LAV. Hic
Donatum (quem uulgò minorem uocant) edisco. M.
Quid is quæso docet? LAV. Dictionum naturas &
inflexiones. M. Natura dictionum quo pacto potest
deprehendi? LAV. Non potest illa melius depre-
hendi & absolutius describi, quàm per subnotatio-
nem partium orationis, quia omnes Latine
dictiones sub ijs partibus orationis
complectuntur.

Donat

Donatus de Nomine.



Artes orationis quot sunt? Von acht
terley wor
te wird die
Lateinisch
sprach ge
macht.
Octo. Quæ? Nomen, Pro-
nomen, Verbum, Aduer-
bium, Participium, Con-
iunctio, Præpositio, Inter-
iectio.

Quare dicuntur partes orationis? Quia sunt
uoces indicantes mentis conceptum, id est, cogita-
tionem. Quomodo diuiduntur partes orationis? In
declinabiles & in indeclinabiles. Quot sunt par-
tes declinabiles? Quatuor: Nomen, Pronomen, Ver-
bum & Participium. Quare dicuntur declinabiles?
Quia à prima uoce in alias cadunt, & per casus
tempora & modos flectantur. Quot sunt partes
indeclinabiles? Quatuor: Aduerbum, Coniunctio,
Præpositio, Interiectio. Quare dicuntur indeclina-
biles? Quia à prima uoce in alias non cadunt, nec
per casus, nec per tempora & modos uariantur.
Quomodo diuiduntur partes orationis declinabi-
les? In principales & casuales. Quot sunt princi-
pales? Duæ. Nomen & Verbum. Quia sine his per-
fecta oratio non consistit. Quot sunt partes oratio-
nis casuales? Tres: Nomen, Pronomen & Partici-
pium. Quia casibus inflectuntur.

Der Name
beschleust
ein leiblich
oder innerlich
ding.

Magister quæ pars? Est nomen.

Vel:

Magister cuius partis? Est nominis partis.

Nomen quid est? Pars orationis cum casu corpus aut rem propriè communiterue significans. proptiè, ut Roma, Tyberis. Cōmuniter, ut vrbs, flumen.

Quare nomen primo loco ponitur? Quoniã ex eo rerum omnium noticia procreatur. Vnde dicitur Nomen? A notamine, siue à notione uel noticia, eò quod suo uocabulo res incognitas nobis notas efficiat.

Vnde cognoscis nomen? Ex eius uulgari lingua ein/ ut homo Ein mensch.

Quod nomen significat corpus? Quod tangi potest aut uideri, ut Homo, coelū. Quid est corpus? quicquid sentitur, ut aer, lapis. Quod nomē significat rē? quod nec tangi potest nec uideri, ut probitas. Quid est res quicquid nullo sensu percipitur, ut Angelus, anima.

Accidentia
des namens
zufell, vnd
das ienige

Nomini quot accidunt? Sex. Quæ?

Qualitas, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Casus.

das man in
einem ieg-
lichen na-

Quare huiusmodi uoces dicuntur accidentia? Quia sunt partium orationis quedam notiones seu notæ, ut quæ per casus flectuntur & genera, ea similiter agnosco esse nomina, &c.

Quali-

Qualitas Nominum in quo est? Bi-men brau-
partita est. Quomodo? Aut enim vni-chen vnd
us rei nomen est, & propriū dicitur: bedencken
aut multorum, & est appellatiuum. mus.

Quid est Qualitas? Est qua nomen proprium
aut appellatiuum esse cognoscitur. Qualitas.

Roma, cuius qualitatis? Propriæ: quia unius no-
men est.

Quid est nomen proprium? Quod uni tantum
conuenit, ein eigener oder tauff name.

Magister, cuius qualitatis? Appellatiuæ: quia
est nomen multorum.

Quid est nomen appellatiuum? Quod multis
commune est, ein gemeiner weitleufftiger name.

Quotuplex est nomen appellatiuum? Duplex:
Substantiuum & Adiectiuum.

Magister quale nomen? Substantiuum.

Quid est nomen substantiuum? Cuius Teutoni-
co addi non potest, Man, & weib, Ding. Potest autem
per se cum uerbo stare in sensu perfecto, ut Magi-
ster docet.

Doctus quale nomen? Adiectiuum.

Quid est nomen adiectiuum? Cuius Teutonico
addi potest, Man, weib, ding. Non autem potest per
se stare cum uerbo in sensu perfecto. Nam doctus se-
det non dicitur, sed oportet exprimere uel subaudi-

re homo, aut quid simile. Vnde dicitur substantiuū?
A Substo, quia adiectiuo substat. Vnde dicitur adie-
ctiuum? Ab adijciō, quia substantiuo adijcitur, sine
quo sensum non perficit. Comparatur ne Magister?
Non, quia non est adiectiuum.

Comparatur ne doctus? Etiam, quia eius significa-
tio potest augeri uel minui in comparando.

Compara-
tio.

Syntaxis
compara-
tium & su-
perlatiuū.

Comparisonis gradus quot sunt?
Tres. Qui? Positiuus, ut doctus. Com-
paratiuus, ut doctior. Superlatiuus, ut
doctissimus. Quæ nomina comparan-
tur? Appellatiua duntaxat, qualitatem
aut quantitatem significantia. Qualita-
tem, ut Bonus, malus. Quantitatem, ut
Magnus, paruus. Comparatiuus cui ca-
sui seruit? Ablatiuo vtriusq; numeri
sine præpositione. Quomodo? dici-
mus enim: Doctior illo, vel doctior il-
lis. Superlatiuus cui? genitiuo tantum
plurali, vel collectiuo singulari. Quo-
modo? Dicimus enim: Doctissimus
Poëtarum, vel optimus plebis.

Quid est Comparatio? Est uariatio per gradus,
uel, est rei ad rem assimulatio. Quibus nomini-
bus accidit Comparatio? Duntaxat nomini-
bus adiecti-
uis, nullum enim substantiuum comparatur. Com-
paratio

parantur omnia adiectiua? Non, sed ea sola,
quæ primi nominis scriptores & Latine lingue
primates uiri in Comparationem admiserunt.

Quotuplex est Comparatio? Duplex: Regu-
laris & Irregularis.

Quid est comparatio Regularis? Quæ primam syl-
labam in comparando per integrum seruat, ut doctus,
doctior doctissimus. Quid est comparatio Irregula-
ris? Quæ primam syllabam per integrum non ser-
uat: Nam gradus non ritè formantur, nec analogiam
sequuntur, ut Bonus melior optimus, Malus peior
pessimus. Quot modis comparatur adiectiua? Tribus,
Vel per tres terminationes, ut in mascul: genere

	Doctus	doctior	doctissimus
Fœm:	Docta	doctior	doctissima.
Neut:	Doctum	doctius	doctissimum.

Vel per duas terminationes, ut:

Hic Fortis	fortior	fortissimus.
Hec Fortis	fortior	fortissima.
Hoc Forte	fortius	fortissimum.

Vel per unam terminationem, ut:

Hic Fœlix	foelicior	foelicissimus.
Hec Fœlix	foelicior	foelicissima.
Hoc Fœlix	foelicius	foelicissimum.

Doctus cuius gradus comparationis? Positiui: **Positiuum.**
quia est prima uox nominis adiectiui, et fundamen-
tum graduum, & significat rem suam sine excessu.

Quot sunt terminationes Positiui? quinque, Er,

A S

IR,

ir, us, ns, x, ut Niger, fortis, albus, sapiens, foelix.

Vnde formatur Positiuus? A nullo formatur, sed alij duo formantur ab eo.

[Comparatiui.] Doctior, cuius gradus comparationis? Comparatiui. Quia in eo primus fit excessus, qui supra Positiui significationem magis significat, ut Doctior, id est, magis doctus.

Quot sunt terminationes Comparatiui?

Due: Or & us. Comparatiuus unde formatur? A primo casu Positiui in i, addendo or uel us, ut Docti, doctior, doctius.

Superlatiuus. Doctissimus cuius gradus comparationis? Superlatiui: quia in eo summus est excessus, qui supra Positiui significationem ualde significat, ut doctissimus id est ualde doctus. Quot sunt terminationes superlatiui gradus? Tres. Rimus, simus & limus.

Vnde formatur Nigerrimus? A nominatiuo, per additionem rimus. Vnde formatur doctissimus? A primo casu Positiui in i, addendo s & simus, ut Docti doctissimus. Vnde formatur Facilimus? A nominatiuo & Genitiuo s in i mutando, & limus addendo. Comparantur ne omnia Adiectiua per tres gradus? Minimè: Quia quaedam carent Positiuo, ut Habitior habitissimus, ocyor. Quedam comparatiuo, ut Meritus, inclytus. Quedam Superlatiuo, ut Iuuenis, Adolescens, Diues, Senex.

Mouetur ne doctus? Mouetur. Quid est Motio? Motio,
Est generis in genus, uocis in uocem mutatio. Quot
modis mouentur adiectiua? Tribus: Aut per tria ge-
nera & per tres terminationes, ut hic Doctus, hæc
docta, hoc doctum. Aut per tria genera & per du-
as terminationes, ut Hic & hæc fortis, & hoc for-
te, Aut per tria genera & per unam terminatio-
nem, ut Hic & hæc & hoc fœlix.

Genera Nominum quot sunt? Qua- Genus das
geschlecht.
tuor. Quæ? Masculinum, ut hic Magi-
ster. Fœmininum, ut hæc Musa. Neu-
trum, ut hoc Scamnum. Commune, ut
hic & hæc Sacerdos. Est præterea tri-
um generum, quod Omne dicitur, ut
hic & hæc & hoc fœlix. Est & Epicoe-
num, id est, promiscuum genus, ut hic
Passer, hæc Aquila, Mustela, Miluus.

Quid est Genus? Est discretio sexus. Quot modis Genus.
cognoscitur genus? Tribus: Significatione, ut Obste-
trix. Terminatione, ut Aula. Autoritate doctorum,
ut pauper hospes. Etiam additione adiectiuorum, si-
ue articulorum. Magister cuius generis? Mascu-
lini, quia est nomen declinatum per articulum hic.
Musa cuius generis? Fœminini, quia est nomen de-
clinatum per articulum Hæc. Scamnum cuius generis?
Neutri;

Neutri, quia est nomen declinatum per articulum
Hoc. Sacerdos cuius generis? Communis, quia est no-
men per hic & hæc coniunctim declinatum. Fœlix
cuius generis? Omnis, quia est nomen per hic et hæc
et hoc cõiunctim declinabile. Dies cuius generis? Dis-
bij, quia est non est nomen per hic uel hæc diuisim
declinabile. Passer cuius generis? Epicœni, quia est
nomen sub una uoce & uno articulo animalia utri-
usq; sexus significans. Quid est articulus? Est uox
sequentem casum & numerum indicans.

Quid interest inter articulos & pronomina? Pro-
nomina ea putantur, quæ cum sola sunt, uicem no-
minis complent. Articuli uerò, qui in declinationi-
bus, aut nominibus aut participijs adiunguntur.

Numerus.
die gal.

Numeri nominum quot sunt? Duo.
Qui? Singularis ut hic Magister. Plu-
ralis, ut hi Magistri.

Quid est Numerus? Est uox unius uel plurium
significatiua.

Magister cuius numeri? Singularis, quia est
nomen singulariter prolatum de uno tantum loqui-
tur. Magistri cuius numeri? Pluralis: quia est
nomen pluraliter prolatum, de pluribus enim lo-
quitur.

Figure

Figurae nominum quot sunt? Duæ. Figura die
Quæ? Simplex, vt Decens, potens, gestalt vnd
Composita, vt Indecens, impotens. ansehen, ob

Quid est Figura? Est qua nomen simplex aut das nomen
compositum, siue etiam decompositum esse cogno- gantz oder
scitur. gestückt

Doctus cuius figura? Simplicis: Quia unica di- sey.
tione constat, non enim componitur ex partibus si-

gnificatibus. Indoctus cuius figura? Composita: quia
est nomen ex diuersis dictionibus connexum, com-

ponitur enim ex partibus significantibus, ut in doctus.
Inexpugnabilis cuius figura? Decomposita: Quia ex pluribus conflatur.

Quid est figura
Decomposita? Qua nomen compositum ulterio-
rem compositionem admittit, ut Inextinguibilis, ir-
reprehensibilis, inenarrabilis, imperterritus, irrepara-
bilis, irremeabilis, ineluctabilis.

Quot modis nomina componun- Ein Vor-
tur? Quatuor: Quibus? Ex duobus steter.

integris, vt Suburbanus. Ex duobus Krefftig.
corruptis, vt efficax, municeps. Ex in- Bürger.

tegro & corrupto, vt Ineptus, insulsus Vnge-
Ex corrupto & integro, vt Nugige- schickt.

rulus. Aliquando ex compluribus, vt vngesaltzē.
Inexpugnabilis, imperterritus. Lügētreger

Quid est Compositio? Est nomen diuisibile in Vngewōn-
partes significatiuas prioris sensus capaces. Qui- lich.

bus partibus accidit Compositio? Omnibus, dempta vnerschro-
cken.
inter-

Interiectione, quæ semper est simplex, & quædam participia. Quomodo id fit? Primò nomen componitur cum nomine, ut paterfamilias. Cum pronomine, ut Huiusmodi. Cum uerbis, ut Armiger. Cum aduerbijs, ut Sempiternus. Cum participijs, ut Senatusconsultum, plebiscitum. Cum coniunctione, ut Vterq;. Cum præpositione, ut Infidus.

Casus, der
vnfall vnd
das ablen-
cken.

Casus nominum quot sunt? Sex. Qui? Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus & Ablatiuus. Per hos enim casus omnium generum nomina, pronomina & participia declinantur.

Casus.

Quid est casus? Est gradus declinationis, uel finalis uariatio dictionum. Quomodo diuiduntur casus? In rectos & obliquos. Quot sunt recti? Duo, Nominatiuus & uocatiuus, quia à fronte uerborum construuntur. Quot sunt obliqui? Quatuor, Genitiuus, datiuus, accusatiuus & ablatiuus, quia à tergo uerborum construuntur. Magister cuius casus? Nominatiui, quia in eo casu declinãdo reperitur. Quid est septimus casus, quo Latini scriptores non raro utuntur? Est ablatiuo similis. Quomodo differunt ablatiuus & septimus casus? Ablatiuus præpositiones semper recipit, & uno modo profertur, ut Ab oratore magistro uenio. Septimus autem sine præpositione, & uarijs modis enunciatur, ut Oratorem magistro uenio. Quid est Octauus casus? Cum quid
per

Recti.

Obliqui.

per accusatiuum & cum præpositione dici debeat,
per datiuum tantum sine præpositione dicitur, ut
Clamor in cælo, Subeunt muro.

Musa quotæ declinationis? *Primæ*: Quia eius ge-
nitiuus singularis in *e* diphthongon desinit. Magi-
ster, quotæ declinationis? *Secundæ*: quia eius geni-
tiuus singularis in *i* productam desinit. Sacerdos,
quotæ declinationis? *Tertiæ*: quia eius genitiuus sin-
gularis in *is* breue exit. Fructus quotæ declinatio-
nis? *Quartæ*: Quia eius genitiuus singularis in *us*
productam desinit. Species quotæ declinationis?
Quintæ: Quia eius genitiuus in *ei* diuisas syllabas
desinit.

Declinatio
nes.

Quid est Declinatio? Est inflexio nominis in fine
per casus. Quot sunt declinationes nominū? quinq;. *Declinatio*
Primæ, Secundæ, Tertie, quartæ, quintæ. Penes quid
declinatio nominis iudicanda ac dimetienda est? So-
la genitiui casus desinentia. Quotuplex est Declinatio?
Duplex: Consequens & Inconsequens. Quid
est declinatio consequens? Est similium regularis
& uniformis proportio. Quid est declinatio in-
consequens? Est dissimilium regularis consuetudo.

*Declina aliquod Nomen:
secundæ declinationis.*

MAgister nomen appellatiuum, ge-
neris masculini, numeri singula-
ris, figuræ simplicis, casus nominatiui
& vocatiui, quod declinabitur sic:

Nomina

Donatus respexit genus, non ordinem declinationum. Nominatiuo hic Magister. Genitiuo huius magistri. Datiuo huic magistro. Accusatiuo hunc magistrum. Vocatiuo o magister. Ablatiuo ab hoc magistro. Et pluraliter. Nominatiuo hi magistri. Genitiuo horum magistrorum. Datiuo his magistris. Accusatiuo hos magistros. Vocatiuo o magistri. Ablatiuo ab his magistris.

Da paradigma primæ Declinationis.

MVsa nomen appellatiuum, generis foemini, numeri singularis, figuræ simplicis, casus nominatiui & vocatiui & ablatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo hæc Musa. Genitiuo huius musæ. Datiuo huic musæ. Accusatiuo hanc musam. Vocatiuo o musa. Ablatiuo ab hac musa. Et pluraliter, Nominatiuo hæc musæ. Genitiuo harum musarum. Datiuo his musis. Accusatiuo has musas. Vocatiuo o musæ. Ablatiuo ab his musis.

Da paradigma secundæ Declinationis.

SCamnum nomen appellatiuum, generis neutri, numeri singularis, figuræ sim-

re simplicis, casus nominatiui & accusatiui & vocatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo hoc scamnum, Genitiuo huius scamni. Datiuo huic scamno. Accusatiuo hoc scamnum. Vocatiuo ô scamnum, Ablatiuo ab hoc scamno. Et pluraliter: Nominatiuo hæc scamna, Genitiuo horum scamnorum, Datiuo his scamnis, Accusatiuo hæc scamna, Ablatiuo ab his scamnis.

*Dic quæso formam declinandi nominis
tertiæ Declinationis ?*

Sacerdos nomen appellatiuum, generis communis, numeri singularis figuræ simplicis, casus nominatiui & vocatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo hic & hæc Sacerdos, Genitiuo huius sacerdotis, Datiuo huic sacerdoti, Accusatiuo hunc & hanc sacerdotem, Vocatiuo ô sacerdos, Ablatiuo ab hoc & ab hac sacerdote. Et pluraliter: Nominatiuo hi & hæc sacerdotes, Genitiuo horum & harum sacerdotum, Datiuo his sacerdotibus, Accusatiuo hos & has sacerdotes, Vocatiuo ô sacerdotes, Ablatiuo ab his sacerdotibus.

B

Quo-

*Quomodo declinatur Fœlix eiusdem
declinationis nomen.*

*Paradigma
3. declinat.*

FOelix nomen appellatiuum, generis Omnis, numeri singularis, figuræ simplicis, casus nominatiui & accusatiui & vocatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo hic & hæc & hoc fœlix. Genitiuo huius fœlicis. Datiuo huic fœlicis. Accusatiuo hunc & hanc fœlicem & hoc fœlix. Vocatiuo ô fœlix. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc fœlice vel fœlicis. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ fœlices, & hæc fœlicia. Genitiuo horum & harum & horum fœlicium, Datiuo his fœlicibus. Accusatiuo hos & has fœlices, & hæc fœlicia. Vocatiuo ô fœlices, & ô fœlicia. Ablatiuo ab his fœlicibus.

*Fructus quartæ declinationis, quomodo
queso declinabitur?*

*Paradigma
4. declinat.*

FRuctus nomen appellatiuum, generis masculini, numeri singularis, figuræ simplicis, casus nominatiui & genitiui & vocatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo hic fructus. Genitiuo huius fructus. Datiuo huic fructui. Accusatiuo hunc fructum. Vocatiuo ô fructus.

ctus. Ablatiuo ab hoc fructu. Et plur:
Nominatiuo hi fructus. Genitiuo ho-
rum fructuum. Datiuo his fructibus.
Accusatiuo hos fructus. Vocatiuo o
fructus. Ablatiuo ab his fructibus.

*Quenam est forma declinandi nomen
quintæ declinationis.*

Species nomen appellatiuum, gene- Paradigma
ris foeminini, numeri singularis, fi- quintæ De
guræ simplicis, casus nominatiui & vo clinationis
catiui, quod declinabitur sic: Nomina
tuo hæc Species. Genitiuo huius spe-
ciei. Datiuo huic speciei. Accusatiuo
hanc speciem. Vocatiuo o species. A-
blatiuo ab hac specie. Et plural: Nomi-
natiuo hæ species. Genitiuo harum
specierum. Datiuo his speciebus. Ac-
cusatiuo has species. Vocatiuo o spe-
cies. Ablatiuo ab his speciebus.

*Hic Der/huius des/huic dem/hunc den/o/ab hoc
von dem. Pluraliter: Hi die/horum dieser/his denen
hos die/o/ ab his von denen.*

*Hæc Die oder das/huius des/huic dem/hanc das/
o/ab hac von der. Pluraliter: Hæ die/harum dieser/
his denen/ has die/o/ab his von denen.*

*Hoc die oder das/huius des/huic dem/hoc das/o/
ab hoc von dem. Pluraliter: Hæc die/horum dieser
his denen/hæc die/o/ab his von denen.*

Quid est litera terminalis? Est ultima litera alicuius dictionis. Quid est terminatio? Est ultima syllaba alicuius dictionis.

Agnitio
das Zwarge:
chen vnd
denckmal.

Prima Declinatio quot literas terminales habet? Duas. Quas? A & s. Quot terminationes? Tres. Quas? A, as, es. Da exemplum: A, vt Poëta, as vt Aeneas, es, vt Anchises. Quæ est agnitio primæ declinationis? Hæc est, cuius genitiuus & datiuus singulares, & nominatiuus & vocatiuus plurales in e diphthongon desinunt. Accusatiuus in am correptã. Vocatiuus similis est nominatiuo. Ablatiuus in a productã. Genitiuus pluralis in arum correptã. Datiuus & ablatiuus in is productam. Accusatiuus in as productam.

Profodia
casuum.

Secūda declinatio quot literas terminales habet? tres. quas? r, s, m. Quot terminationes? sex. Quas? Er, ir, ur, us, eus, um. Da exemplum. Er vt sacer, ir vt vir, ur vt fatur, us vt dominus, eus vt Tydeus, um vt templum. Quæ est agnitio secundæ declinationis? Hæc est, cuius genitiuus singularis, & nominatiuus & vocatiuus pluralis in i productam desinunt. Datiuus & ablatiuus in o pro-

o productam. Accusatiuus in um correptam. Quādo nominatiuus in er vel in m desinit, similis erit ei vocatiuus. Quando in us, tunc us mutatur in e, vt dominus domine. Quādo vero in ius, si sint propria nomina, abiecta us, fit vocatiuus in i, vt Virgilius, ô Virgili, & vnum appellatiuum, quod est, filius ô fili. Genitiuus in orum correptam. Datiuus & ablatiuus in is productam. Accusatiuus in os productam, vel in a correptam.

Tertia declinatio quot literas terminales habet? Decem. Quas? A, e, o, c, l, n, r, s, t, x. Da exemplū. A, vt poēma e vt monile, o vt virgo, c vt lac, l vt mel n vt nomen, r vt pater, s vt ciuitas, t vt caput, x vt foelix. Quot terminatiōes? septuaginta octo, vel paulō plus. Quæ est agnitio tertiæ declinationis? Hæc est, cuius genitiuus singularis in is correptā desinit. Datiuus in i productam. Accusatiuus in em, vel in im correptam. Vocatiuus similis est nominatiuo. Ablatiuus in e correptam, vel in i productā. Nominatiuus et accusatiuus et vocatiuus plurales in es productam

*Prosodi.
casuum.*

B 3

vel

vel in a correptam. Genitiuus pluralis
in um vel ium correptam. Datiuus &
Ablatiuus in bus correptam.

*Profodia
casuum.*

Quarta declinatio quot literas ter-
minales habet? duas. Quas? s & u.
Quot terminationes? Similiter duas.
Quas? us & u. Da exemplū. Vs, vt ma-
nus, u, vt cornu. quę est agnitio quartę
declinationis? Hęc est, cuius geniti-
uus singularis, & nominatiuus & ac-
cusatiuus, & vocatiuus pluralis in us
productam desinunt. Datiuus in ui
productam. Accusatiuus in um corre-
ptam. Vocatiuus similis est nominati-
uo. Ablatiuus in u productam. Geni-
tiuus pluralis in um correptam. Dati-
uus & ablatiuus in bus correptam.

*Profodia
casuum.*

Quinta declinatio quot literas ter-
minales habet? Vnam. Quas? S.
Quot terminationes? similiter vnam.
Quam? Es productam, vt dies. Quę
est agnitio quintę declinationis? Hęc
est, cuius genitiuus & datiuus singula-
res in ei diuisas syllabas desinunt. Ac-
cusatiuus in em correptam. Vocatiuus
similis est nominatiuo. Ablatiuus in e
productam. Nominatiuus & accusati-

uus

uus & vocatiuus plurales in es produ-
ctā. Genitiuus plurales in erū correptā.
datiuis & ablatiuis in bus correptā

DE PRONOMINE.

PRONOMEN quid est? Pars orationis
que pro nomine posita, tantundem
penē significat, personamq; interdum
recipit.

Quare post Nomen debet sequi Pronomen? Quia
Pronomen Nominis officio fungitur. Cum enim non
sine uitio in aliquot orationibus usurpari uideretur,
reperitum est Pronomen, quod illius loco non sine
magno labore ponitur, ut: *Quæ uenit immerito pœ-
na dolenda uenit.* Si subtractio pronomine dices: *Pœ-
na si immerito uenit, pœna dolenda uenit,* quis non
rideret. Vnde dicitur Pronomen? A pro & nomen,
quasi dicas, uice nominis, uel uicaria nominis. Quo-
ties enim demonstratur, *Hic fecit:* perinde est, atq; si
dicas, *Petrum uel Paulum fecisse.* Vnde dignoscitur
quæ dictio sit pronominis partis? Ex Donati recen-
sione fidei. Quot sunt Pronomina? Quindecim.
*Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, meus, tuus, suus, no-
ster, uester, nostras & uestras.* Quodnam est horum
officium? Demonstrare aut repetere. Cum enim no-
mina tam prima quam secunda persona careant, ac-
cessit hæc pars, quæ uerbis ad perficiendam oratio-
nem personam omnem suppeditare posset.

Cur omittis: *Quis, quæ, quod, talis, qualis, quano-*

tus, tantus, & plura à Donato inter Pronomina numerata? Quia non sunt Pronomina, eò quod incertitudinem significant. Pronominis autem est, certi aliquid significare, & pro aliquo proprio nomine poni: hoc istis non conuenit. Ergo nomina sunt, non pronomina. Sed quia declinationem pronominis habent, ideo inter ea etiam à Donato numerantur & collocantur.

Quodnam est discrimen Nominis & Pronominis? Nomen significat substantiam & qualitatem, id est, rem ipsam, & rei conditionem, uel communem, uel propriam, ut animal. Significat enim rem illam animal, & conditionem communem, quia conueniens est multis. Pronomen uerò, duntaxat substantiam significat, sed conditio non explicatur.

Quid sibi uult Donatus dicendo: Tantundem penè significat? Videtur uelle sentire, minus aliquando significare Pronomen, quàm Nomen. Nam etsi Pronomina uim nominum exprimunt, non tamen planè exprimunt. Nomina n. posita plenas faciunt elocutiones pronomina semiplenas, ut si dicas: Virgilius scripsit Bucolica, ipse scripsit & Georgica.

Quare interdum dicit Donatus? Quia uult ostendere, non omnia Pronomina finita recipere personas.

Accidentia

Pronomini quot accidunt? Sex, Quæ: Qualitas, Genus, Numerus, Figura, Persona, Casus.

Qua-

Qualitas Pronominum in quo est? *Qualitas.*
Duplex est. Quomodo? Aut enim finita sunt pronomina, aut infinita. Quae sunt finita? Quae recipiunt personas, ut Ego, tu, ille. Quae sunt infinita? quae non recipiunt personas, ut quis, quae, quod.

*Finita,
Endlich,
die etwas
gewisses
bestimmen.
Infinita, un
endlich.*

Quid est Qualitas? Quae pronomen finitum ab infinito discernit. Ego cuius qualitas? Finitae: quia ad certam personam gestum dirigit.

Quot sunt pronomina finita? Tria: Ego, Tu, ille. Quare dicuntur finita? Quia definiunt & demonstrant personam aliquam certam.

Quis cuius qualitatis? Infinitae: quia personas certas non recipit.

Quae sunt illa? Quis, qualis, talis, quantus, tantus, quotus, totus. Haec enim nullam certam rem praesentem notant.

Ipsae cuius qualitatis? Minus quam finita.

Quae sunt illa? ipse, iste, hic, is, idem, sui, quae certus incertisq; personis aptari possunt.

Genera Pronominum quot sunt? *Genus.*
Eadem ferè, quae & nominum. Masculinum, ut quis. Foemininum, ut quae. Neutrum, ut quod. Commune, ut qualis, talis. Trium generum, quod omne dicitur, ut Ego, tu, sui.

Quot sunt genera Pronominum? Quinq;

B 5

Mas=

Masculinum, foemininum, neutrum, commune & omne.

Meus cuius generis? Masculini: quia prima uox pronominis est generis masculini. Mea cuius generis? Foeminini: Quia secunda uox pronominis est generis foeminini. Meum cuius generis? Neutri: quia tertia uox pronominis est neutri generis.

Nostras cuius generis? Communis: quia praeposuntur ei in declinatione duo articuli, hic & haec.

Ego cuius generis? Omnis: quia sic est, sicuti cui adheret, ut Ego Ioannes, Ego Barbara, ego mancipium.

Numerus.

Numeri Pronominum quot sunt? Duo, Qui: Singularis ut hic. Pluralis, ut hi.

Ego cuius numeri? Singularis, quia singulariter profertur. Nos cuius numeri? Pluralis: quia pluraliter profertur.

Figura.

Figurae Pronominum quot sunt? Duae. Quae: Simplex, ut Quis. Composita, ut quisquis.

Ego cuius figurae? Simplicis: Quia simpliciter profertur. Egomet cuius figurae? Compositae: Quia componitur ab Ego, & met syllabica adiectione.

Persona.

Personae Pronominum quot sunt? Tres. Quae: Prima, ut Ego. Secunda, ut Tu. Tertia, ut ille.

Quid

Quid est persona? Est modus loquendi de se,
ut de se ad alium, ut ad alium, de alio, ut de alio.

Ego cuius personae? Primae: quia significat
rem de se loquentem.

Quot sunt pronomina primae personae? Vnum,
scilicet, Ego cum suis obliquis.

Tu cuius personae? Secundae: quia significat
rem, ad quam fit sermo.

Ille cuius personae? Tertiae: quia significat rem
de qua fit sermo.

Quot sunt tertiae? Alia omnia.

Quot sunt pronomina secundae personae? Vnum,
quod est Tu.

Casus item pronominum quot sunt? ^{Casus.}

Sex, quemadmodum & nominum.

Per quos omnium generum nomina,
pronomina & participia inflectuntur.

Quid est casus? Est motus casualium, qui maxi-
mè fit in fine.

Ego cuius casus? Nominatiui: quia in tali casu
declinando reperitur.

Quot pronomina habent uocatiuum? Quae-
tuor: Tu, meus, noster & nostras.

Quare reliqua pronomina uocatiuo carent?
Quia sermo ad ea non dirigitur.

EGO Pronomen finitum, generis ^{Ego, primi}
omnis, numeri singularis, figurae ^{tium et de}
simplicis, personae primae, casus nomi- ^{monstrati-}
natiui, quod declinabitur sic: Ego ^{uum.}

Ego, Ich. Ego, mei vel mis, mihi, me à me. Et pluraliter: Nos, nostrum vel nostri, nobis, nos, à nobis.

Tu, Du, demonstrativum. Personę secundę generis omnis: Tu, tui vel tis, tibi, te, ô tu, à te. Et pluraliter: Vos, vestrum vel vestri, vobis, vos, ô vos, à vobis.

Sui, seiner. Personę tertię generis omnis, vtriusq; numeri, sine nominativo & vocativo: Sui, sibi, se, à se. Et pluraliter: Sui, sibi, se, à se. Item relatiuum & demonstratiuum simul.

Ille, mixta uirtutis est, tener oder derselbige, Ir oder Er. Generis masculini: Illi illius illi illum ab illo. Et pluraliter: Illi illorum illis illos ab illis. Generis foemini: Illa illius illam ab illa. Et pluraliter: Illę illarum illis illas ab illis. Generis neutri: Illud illius illi illud ab illo. Et pluraliter: Illa illorum: illis illa ab illis.

Ipsa, Er, eben er. Item minus q̄ finita. Generis masculini. Ipse ipsius ipsi ipsum ab ipso. Et pluraliter: Ipsi ipforum ipsis ipsos ab ipsis. Generis foemini: Ipsa ipsius ipsi ipsam ab ipsa. Et pluraliter: Ipsę ipsarũ ipsis ipsas ab ipsis. Generis neutri: Ipsum ipsius ipsi ipsum ab ipso. Et pluraliter: Ipsa ipforum ipsis ipsa ab ipsis. Gene-

Generis masculini: Iste istius isti istū *Iste, dieser.*
ab isto. Et plur: Isti istorum istis istos
ab istis. Generis foeminini, Ista istius
isti istam ab ista. Et plural: Iste istarum
istis istas ab istis. Generis neutri, Istud
istius isti istud ab isto. Et pluralit: Ista
istorum istis ista ab istis.

Item articulare prepositivum, vel *Hic, der.*
demonstrativum. Generis masculini,
Hic huius huic hunc ab hoc. Et plural:
Hi horum his hos ab his. Generis foemini,
Hæc huius huic hæc ab hac. Et
plur: Hæ harum his has ab his. Gene-
ris neutri, Hoc huius huic hoc ab hoc.
Et plural: Hæc horum his hæc ab his.

Item subiunctivum vel relativum. *Is, derselbig*
Generis masculini, Is eius ei eum ab
eo. Et plural: Ei eorum eis eos ab eis.
Generis foeminini, Ea eius ei eam ab
ea. Et plural: Eæ earum eis eas ab eis.
Generis neutri, Id eius ei id ab eo. Et
plural: Ea eorum eis ea ab eis.

Item Infinita. Generis masculini, quis *Quis, wer.*
vel qui, cuius cui quem, à quo vel à qui
Et plural: Qui, quorum, queis vel qui-
bus quos à queis vel à quibus. Gene-
ris foeminini: Quæ vel qua, cuius cui
quam

quam, à qua vel à qui. Et plural: Quæ
quarum, queis vel quibus, quas à queis
vel à quibus. Generis neutri: Quod
vel quid, cuius, cui, quod vel quid, à
quo vel à qui. Et pluraliter: Quæ vel
qua, quorum, queis vel quibus, que vel
qua, à queis vel à quibus.

*Meus, mei-
ner.* Item Possessiva finita ad aliquid dicta
ex utraq; parte singularia. Generis ma-
sculini: Meus, mei, meo, meum, ô mi, à
meo. Et plu: Mei meorum, meis, meos
ô mei, à meis. Generis foemini: mea
meæ, meę, meam, ô mea, à mea. Et plu:
Meæ, mearum, meis, meas, ô meæ, à
meis. Generis neutri: Meū, mei, meo,
meum, ô meum, à meo. Et plura: Mea,
meorum, meis, mea, ô mea, à meis.

*Tuus, dei-
ner.* Generis masculini: Tuus, tui, tuo,
tuum, à tuo. Et plur: Tui, tuorum, tuis,
tuos, à tuis. Generis foemini: Tua,
tuæ, tuam, à tua. Et plur: Tuæ, tua-
rum, tuis, tuas, à tuis. Generis neutri:
Tuum, tui, tuo, tuum, à tuo. Et plural:
Tua, tuorum, tuis, tua, à tuis.

*Suus, Sei-
ner.* Generis masculini: Suus, sui, suo,
suum, à suo. Et plural: Sui suorum, suis,
suos, à suis. Generis foemini: Sua,
suæ,

suæ, suæ, suam, à sua. Et plural: Sue, sua-
rum, suis, suas, à suis. Generis neutri:
Suum, sui, suo, suum, à suo. Et plural:
Sua, suorum, suis, sua, à suis.

Item possessiua finita ad aliquid dicta,
ex utraq; parte pluralia. Generis mas-
culini: Noster nostri nostro nostrum *Noster,*
ô noster à nostro. Et plur: Nostri no- *Der vnser.*
strorum nostris nostros ô nostri a no-
stris. Generis foeminini: nostra nostre
nostræ nostram ô nostra à nostra. Et
plur: Nostræ nostrarū nostris nostras
ô nostre à nostris. Generis neutri: no-
strum nostri nostro nostrum ô nostrū
à nostro. Et plur: Nostra nostrorum
nostris ô nostra à nostris.

Generis masculini: Vester vestri ve- *vester,*
stro vestrum à vestro. Et plura: Vestri *Der ewer.*
vestrorum vestris vestros à vestris.
Generis foeminini, Vestra vestræ ve-
stræ vestram à vestra. Et plur: Vestræ
vestrarum vestris vestras à vestris.
Generis neutri: Vestrum vestri ue-
stro uestrum à uestro. Et plur: Vestra
uestrorum uestris uestra à uestris.

Da horū composita, ut Egomet, tui-
met, suimet, sibimet, illic, isthic, illicci-
ne,

ne, isticcine, hiccine, heccine, hoccine
Idem in masculino genere productū,
in neutro verò correptum. Quisquis
quisnam, quispiam, aliquis, &c.

Declinatio

Ego quotæ Declinationis? *Primæ.*

Quot sunt pronomina primæ declinationis?

Tria: Ego, tu, sui. Quia mittunt genitium in i, uel in is.

Ille quotæ declinationis? *Secundæ.*

Quot sunt pronomina secundæ declinationis?

Quinq;: Ille, ipse, iste, hic, is. Quia mittunt genitium in us.

Meus quotæ declinationis? *Tertiæ.*

Quot sunt pronomina tertiæ declinationis?

Quinq;: Meus, tuus, suus, noster & uester. Quia mittunt genitium singularem in formam Adiectiuorum nominum in i, e.

Nostras quotæ declinationis? *Quartæ.*

Quot sunt pronomina quartæ declinationis?

Duo. Nostras & vestras. Quia mittunt genitium singularem in is, ut nostras nostratis.

DE VERBO.

Verbū das
wort be=
greiffet
thun, leiden
vnd sein.

Verbum quid est? Pars orationis
cum tempore & persona, sine ca-
su, aut agere, aut pati, aut neutrum si-
gnificans.

Quo-

Quo iudicio habes, quæ dictio sit verbi partis?
Quælibet dictio Latina, cui commodè in vulgari
adijctur, Ich, du, der, & wir, ir, die, est verbum.

Qua causa sequitur verbum nomen & pronomen?
Quia nomen & pronomen sine verbo non efficiunt
integram sententiam.

Vnde dicitur verbum? A verberando, eò quòd
verberatu aëris plectroq; linguæ vox formetur.

Quid interest inter nomen & verbum? Nomen
dicit ipsam personam. Verbum verò dicit factum
dictumve personæ. Præterea verbum tempus habet,
caret autem casibus. Nomen contrà casus, non tem-
pus.

Quotuplex est verbum? Duplex: Personale &
Impersonale.

Quid est verbum personale? Quod per tres di-
stinctas personas coniugatur. Quid est verbum im-
personale? Quod non iuxta tres personas variatur.

Quotuplex est verbum personale? Quadruplex:
Substantivum, vocativum, transitivum & absolutum.

Quid est verbum substantivum? Quod nec actio-
nem, nec passionem, sed substantiam significat, ut
Sum & Fio. Quid est verbum vocativum? Cuius
actio maximè per propria nomina significatur, ut
Nuncupor, appellor, nominor, dicor, vocor.

Quid est verbum transitivum? Quod in aliquem
casum fertur, diversum ab eo, qui ipsum præcessit,
ut Amo Deum. Quid est verbum absolutum? Quod
perfectam sententiam facit sine obliquis, ut sto, cur-
ro, pendeo.

C

Quo

Quotuplex est verbum impersonale? Duplex:
Actiuae vocis & passivae vocis.

Quid est verbum impersonale actiuae vocis?
Quod desinit in t, & vernaculè dicitur es, & con-
iugatur more verbi actiui tantum in tertijs personis
singularibus, vt iuuat, tædet, conducit, incipit.

Quid est verbum impersonale passivae vocis?
Quod desinit in tur, & Germanicè per man dicitur,
& coniugatur tantum in tertia persona, more verbi
passiui, vt litur, curritur.

Accidētia.

Qualitas,
die art vnd
neigung.

Verbo quot accidunt? Septem.
Quæ? Qualitas, Coniugatio, Genus,
Numerus, Figura, Tempus & Perfo-
na. Qualitas verborum in quo est? In
modis & in formis. Modi qui sunt? In-
dicatiuus, vt lego. Imperatiuus, vt le-
ge. Optatiuus, vt vtinam legerē. Con-
iunctiuius, vt cum legam. Infinitiuus,
vt legere, Impersonalis, vt legitur.

Anno cuius qualitatis? Verbum habet pro qua-
litate modum & formam.

Modi quot sunt? Quinq; : Indicatiuus, Impe-
ratiuus, Optatiuus, Coniunctiuius & Infinitiuus.

Quare omittis modum impersonalem, quem po-
nit Donatus? Quia cum verbum impersonale mo-
dos habeat, ut Personale, inde ab alijs inter modos
non locatur.

Quare dicuntur modi? Quia sunt diuersae incli-
nationes

nationes animi, varios eius affectus demonstrantes.

Quorsum conducunt? Ad vertendam subinde locutionem, in qua verbum est potentissima pars ad ipsos affectus exprimendos.

Ama cuius modi? Indicatiui, quia per eum indicamus vel definimus, quid dictum sit, vel agatur a nobis, vel ab alijs. Indicatiuus

Ama cuius modi? Imperatiui, quia per eum imperamus alijs, ut faciant aliquid aut patiantur. Imperatiuus.

Quare hic modus solum presenti & futuro utitur? Quia de his rebus, quas nunc fieri volumus, vel in futuro imperare tantum possumus, absurdum esset, in præteritum aliquid imperare.

Quare deficit prima persona in singulari? quia omnino ridiculum esset, sibi ipsi quenquam imperare, cum sua quæ sunt, promptus sit spontè facere. Imperio itaq; tantum externæ indigent personæ.

Cur autem in plurali tres adhibentur personæ? Quia prima persona cum alijs se confert, & cum imperat, in se quoq; id ministerium vocat. Est igitur hortandi & non imperandi persona.

Amarem cuius modi? Optatiui: quia eget aduerbio optandi, ut perfectum sensum significet, ut *Vtinam amarem.* Optatiuus.

Quæ sunt Optatiui signa? *Vtinam, ô si, quàm,* & si qua sunt aduerbia optandi alia.

Amem cuius modi? Coniunctiui, quia ipse alte- Coniunctiui.

rum verbum semper coniungimus vel subiungimus, ut perficiat sensum, ut Cum promiserō veniam.

Quæ sunt signa Coniunctiui? Dum, cum, si, quin, nisi, & pauca alia.

Infinitiuus. Amare cuius modi? Infinitiuui: quia personis & numeris deficit, & eget semper vno aliquo ex quatuor dictis modis, ut significet aliquid perfectum.

Impersonalis. Legitur cuius modi? Impersonalis, quia indiget vel nominis vel pronominis persona, ut Legitur, addendum, vel à me, vel à Socrate.

1. Indicatiuus modus: Ein weise, die ein ding anzeigt.

2. Imperatiuus: Ein weise, darinnen oder damit man gebeut.

3. Optatiuus: Ein weise, damit man wünschet oder begeret.

4. Coniunctiuus: Ein weise, welcher man ein ander verbum oder rede mus zufügen, wenn der sententz vnd meinung solt gantz sein.

5. Infinitiuus: Ein weise, die keine gewisse person oder zal bestimpt.

6. Impersonalis: Der keine person anzeigt.

Forma, id est, species die anküsst oder art. Formæ verborum quot sunt? Quatuor. Quæ? Perfecta, ut lego: Meditatiua, ut lecturio: Frequentatiua, ut lectito: Inchoatiua, ut feruesco, caleasco.

Perfecta id est, primitiua, vnde reliqua cadunt Amo cuius formæ? Perfectæ: quia à nullo derivatur.

Quomodo differunt Forma & Species? Nihil.

Nam

Nam forma nihil aliud est, quam species, id est, origo verbi, An scilicet verbum sit primitiuum, vel deriuatiuum, perfectum, id est, suæ an alienæ originis.

Quid ergo forma? Est diuersa verborum species.

Ad quid conducunt verborum formæ? Ad orationis concinnitatem & breuitatem, ne, quod paucis verbis eloquendum sit, ridiculè multis conemur.

Esurio cuius formæ? Meditatiuæ, quia in *rio* desinens, significat meditationem, *sco* potius desiderium cum primitiuo, vt *Esurio*, id est, cupio edere vel meditor edere.

Lust vnd
willen ha-
ben.

Lectito cuius formæ? Frequentatiuæ, quia in *to*, *so*, vel *xo* desinens, significat frequentiam actus sui primitiuui, vt *agito*, *curso*, *nexo*.

Ansehent
vnd werdēt

Calesco cuius formæ? Inchoatiuæ: quia in *sco* desinens, significat initium actus vel passionis sui primitiuui, vt *Calesco*, id est, incipio calere. Habentne singula verba has species? Non. Neq; enim hæ verborum formæ à quolibet verbo descendunt.

Die da an-
helt, fleiß
vnd stetig-
keit anzei-
get.

Coniugationes verborū quot sunt? Tres. Quæ? Prima in *a*. Secunda in *e*. Tertia in *i*. Prima quæ est? Quæ in Indicatiuo modo, tempore presentis, numero singulari, secunda persona, verbo actiuo & neutrali a productam habet ante nouissimam literam *s*. Passiuo, communi & deponenti, ante nouissimam syllabam *ris*, ut *Amo*, *amas*:

Coniugatio
der gezwäg
vnd innun-
ge.

Prima.

C 3 amor

Secunda.

Tertia.

*Wie kan
man dieses
von einem*

amor, amaris. Et futurū tempus eiusdē
modi in bo & bor syllabam mittit, vt
Amo, amabo: amor amabor. Secunda
quæ est: Quæ in Indicatio modo tē-
pore presentī, numero singulari, secū-
da persona, verbo actiuo & neutrali e
productam habet ante nouissimam li-
teram s. Passiuo, communi & depo-
nenti, ante nouissimam syllabam ris,
vt Doceo, doces: doceor, doceris. Et
futurum tempus eiusdem modi in bo
& in bor syllabā mittit, vt Doceo, do-
cebo, doceor docebtor. Tertia quæ est
quæ in Indicatio modo tempore pre-
sentī, numero singulari, secunda per-
sona, verbo actiuo & neutrali, i corre-
ptam vel i productam habet, ante no-
uissimam literam s. Passiuo, commu-
ni & deponenti pro i litera e correp-
tam vel i productam habet ante no-
uissimam syllabam ris, vt Lego legis,
legor legeris. Audio audis, audior au-
diris. Et futurum tempus eiusdem mo-
di in am & in ar syllabam mittit, vt le-
go legam, legor legar. Audio audiam,
audior audiar. Vbi possunt hæc dis-
cerni: Hæc in Imperatio & in Infini-
tuo

tiuo modo statim discerni possunt, v- der erken-
trum i literam correptam habeant, an nen / ob es
productam. Nam i litera correpta si ^{cin kurtzes}
fuerit, in e conuertitur, producta si ^{oder lan-}
fuerit, non mutatur. Est quando ^{ges i hat.} tertia
Coniugatio, futurum tempus non in
am tantum, sed etiam in bo & in bor
syllabam mittit interdum, cum i lite-
ram correptam non habuerit, sed pro-
ductam: vt Eo, is, ibo: queo, quis, qui-
bo: eam vel queam.

Quid est Coniugatio? Est conueniens verbo-
rum declinatio per tempora & modos. Vnde dici-
tur Coniugatio? Quod vna eademq; ratione decli-
nationis plurima verba per eam coniunguntur.

Quotuplex est coniugatio? Duplex: Conse-
quens & insequens.

Quid est coniugatio Consequens? Est eorum
verborum, quae sub vno iugo flectuntur. Quid est
coniugatio Insequens? Est eorum verborum,
quae insequenter & irregulariter flectuntur.

Quotuplex est coniugatio Consequens? Qua-
druplex. Prima tenet a productam: Secunda e pro-
ductam. Tertia e correptam. Quarta i productam.
Quare autem Donatus ponit solum tres coniugati-
ones? Quia tertiam diuidit in tertiam breuem, &
tertiam longam, quam nos quartam vocamus.

Amo cuius coniugationis? Primae: quia habet a
longum

longū ante re in Infinitiuo, in voce actiua, vt amare.
Amor cuius coniugationis? Primæ: quia habet
a longum ante ris in secunda persona presentis indi-
catiui in voce passiua, vt amaris.

Doceo cuius coniugationis? Secundæ, quia ha-
bet e longum ante re in infinitiuo, in voce actiua, vt
docere. Doceor cuius coniugationis? Secundæ, quia
habet e longum ante ris in secunda persona presentis
indicatiui, in voce passiua, vt doceris.

Lego cuius coniugationis? Tertie, quia habet
e breue ante re in infinitiuo, in voce actiua, vt lege-
re. Legor cuius coniugationis? Tertie, quia habet
e breue ante ris in secunda persona presentis indi-
catiui, in voce passiua, ut legeris.

Audio cuius coniugationis? Quartæ, quia habet
i longum ante re in infinitiuo, in voce actiua, ut au-
dire. Audior cuius coniugationis? Quartæ, quia ha-
bet i longum ante ris, in secunda persona presentis
indicatiui, in voce passiua, vt audiris. Quomodo di-
stinguuntur à coniugatione verba? Quædã sunt ano-
mala, quedam sunt regularia, quedam plena, quedã
defectiua. Quæ sunt anomala? Quæ non secundum
communem formam verborum declinantur, vt Sum,
volo, fero. Quæ sunt Regularia? Quæ secundum
communem formã verborum declinantur, vt Amo,
doceo. Quæ sunt Plena verba? Quæ non deficiunt
neq; personis, neq; modis, neq; numeris, vt Amo, aut
doceo. Quæ sunt deficientia, siue defectiua? Quæ
deficiunt vel numeris, vel personis, vel modis, vt
Aiunt

Aiunt, noctescit, diescit, & similia exempli actionis
vt Forem, faxo.

Genera verborum quot sunt? quinq; **Genus.**
quæ: Actiua, passiua, neutra, deponen- **Actiua, die**
tia, & communia. Actiua quæ sunt? **Wirckung**
quæ in o desinunt, & accepta r litera, **oder thun**
faciunt ex se passiua, vt Lego, legor. **bedeuten.**
Passiua quæ sunt? quæ in r desinunt, & **Passiua, die**
ea dempta, redeunt in actiua, vt legor **ein leiden**
lego. Neutra quæ sunt? quæ in o desi- **bedeuten.**
nunt, vt actiua, sed accepta r litera, lati **Neutra, kei-**
na non sunt, vt sto, curro. Nā stor, cur- **nerley, die**
ror, non dicitur. Sunt præterea neutro **weder acti-**
passiua, vt gaudeo, gaudes, gauisus sū, **ua noch**
Soleo, soles, solitus sum. Fio, fis, factus **passiua sind**
sum. Mæreo, mæres, mæstus sū. De- **Deponen-**
ponentia quæ sunt? quæ in r similiter **tia, die ein**
desinunt, vt passiua, sed ea dempta, la- **bedeutung**
tina nō sunt, vt luctor, loquor, sequor, **ablegen.**
nascor, & orior. Communia quæ sunt? **Communia**
Quæ in r similiter desinunt, vt deponen- **gemeinver-**
tia, sed in duas formas cadunt, a- **ba, die ein**
gentis & patientis, vt Osculor, crimi- **wirkend**
nor. Dicimus enim: Osculor te, oscu- **ding bedeu-**
lor à te. Criminor te, criminor à te. **ten, oder**
ein leiden.

Quid est genus verbi? Nihil aliud est, quàm si-
gnificatio verbi, quid quodq; verbum significet.

C 5 Quo

Quotuplex est significatio? Duplex: Actiua & passiuā. Actiua quid est? Quā verbum regit post se accusatiuū nominis, vt Amo parentes. Quid passiuā? Quæ habet post se ablatiuum nominis, cum a vel ab præpositione, vt Amor à parentibus. Qui autem dinoscitur genus verbi? Ex significatione, terminatione, constructione. Omnia enim verba perfectam habentia declinationem & equalē, in o vel in or desinunt. In o duas habet formas, actiuā scilicet et neutralem. In or verò passiuam, deponentalem & communē.

Numerus.

Numeri verborum quot sunt? Duo.

Figura.

Qui? Singularis, vt lego. Pluralis, vt legimus. Figuræ verborum quot? Duæ. Quæ? Simplex, vt lego. Composita, vt negligo. Temporaverborū quot sunt? Tria. Quæ? Præsens, vt lego. Præteritum, vt legi. Futurum, vt legam.

Tempus.

Quot sunt tempora in declinatione verborum? Quinq;. Quæ? Præsens, vt lego. Præteritum imperfectum, vt legebam. Præteritum perfectum, vt legi. Præteritum plusquamperfectum, vt legeram. Futurum, vt legam.

Quid est Tempus? Est cum in verbo quæritur, quando quid factum aut actum sit. Accidit autem verbo ad diuersi actus significationem accommodatum.

Amo cuius temporis? Præsentis: quia præsens tempus

tempus designat. Rem enim nunc esse, vel fieri, præ-
sens tempus designat. Amabam cuius temporis? Præ-
teriti imperfecti: quia rem fuisse inceptam signifi-
cat, nondum tamen perfectam. Amaui cuius tempo-
ris? Præteriti perfecti, quia rem perfectè actam si-
gnificat. Amaueram cuius temporis? Præteriti plus-
quamperfecti, quia rem perfectam diutinè præteri-
isse significat. Amabo cuius temporis? Futuri, quia
rem futuram esse significat.

Tempus Præsens, Zeigt an ein ding, das itzt ge-
genwertiglich geschicht, wenn man ein ding itzt
thut. Præteritum imperfectum, wenn ein ding
nicht ganz vergangen ist. Præteritum perfectum,
wenn ein ding vergangen oder geschehen ist. Præ-
teritum plusquamperfectum, wenn ein ding vor-
langst vergangen oder geschehen ist. Futurum,
wenn ein ding zukünfftig ist, oder geschehen wird.

Personæ verborum quot sunt? Persona,
Tres. Quæ? Prima, vt lego. Secunda, die person.
vt legis. Tertia, vt legit. Eius notæ
sunt: Ich,
du, der, wir
ihr, die.

Quid est Persona? Est rationalis substantia,
qua sermo exercetur.

Quid est prima persona? Quæ loquitur, &
cui additur pronomen primæ personæ.

Quid est secunda persona? Cui loquitur, & cui
additur pronomen secundæ personæ.

Quid est tertia persona? De qua fit sermo, &
cui additur pronomen vel nomen tertiæ personæ.

Amo

Amo cuius personæ? Primæ, quia attribuitur rei, de se loquenti. Amas cuius personæ? Secundæ: quia attribuitur rei, ad quam fit sermo. Amat cuius personæ? Tertiæ, quia attribuitur rei, de qua fit sermo.

DE ADVERBIO.

Aduerbiū,
das bey=
wort/oder
ein anhang
des verbi.

ADuerbium quid est? Pars orationis, quæ adiecta verbo, significationem eius explanat atq; implet.

Quare post Verbum mox sequitur Aduerbiū? Quoniam nunquam à verbo recedit. Aduerbiū enim sine verbo nunquam ponitur, sed verbum sine aduverbio sæpè, quia verbum non ubiq; indiget aduverbio. Aduerbiū nunquam non indiget verbo.

Vnde dicitur Aduerbiū? Ab ad, id est, iuxta verbum, quia iuxta verbum ponitur, vt declaret eius significationem. Quomodo id fit? Quia verbum significat ipsam rei actionem, vt amare, viuere: hanc adiecto aduverbio explanamus & implemus, hoc est perfectius exprimimus. Sic dicimus: Pudicè amare, & benè viuere.

Quis est vsus Aduerbij? Vt perficiendæ & ornandæ significationis gratia, vel verbo, vel alteri parti addatur.

Vnde deriuantur Aduerbia? Sunt aduerbia quæ à se nascuntur, & dicuntur Primitiua, vt Clam. Sunt aduerbia quæ ab alijs veniunt, & dicuntur deriuatiua, ut Clanculum. Vnde veniunt aduerbia deriuatiua?

Species
Aduerbij.

riuatiua? A nomine proprio & appellatiuo, vt Ho-
mericè, foeliciter. A pronomine, vt Huc. A verbo,
vt Sensim, cursim. A nomine & verbo, vt Pedeten-
tim. A participio, ut Negligenter. A præpositione,
vt Intro.

Penes quid aduerbia dinoscuntur? Ex Donati
enumeratione fideli, ac vsu quotidiano deprehen-
duntur.

Aduerbio quot accidunt? Tria. *Accidentia*
Quæ? Significatio, Comparatio & *Significa-*
Figura. Significatio aduerbiorum in *tio, atq;*
quo est? Quia sunt aduerbia, aut loci, *adeo ipsa*
aut temporis, aut numeri, aut negan- *aduerbij*
di, aut affirmandi, aut demonstrandi, *natura.*
aut optandi, aut hortandi, aut ordinis,
aut interrogandi, aut similitudinis, aut
qualitatis, aut quantitatis, aut dubi-
tandi, aut personalia, aut vocandi, aut
respondendi, aut separandi, aut iuran-
di, aut eligendi, aut congregandi, aut
prohibendi, aut euentus, aut compa-
randi.

Hodie cuius significationis? Temporis, Quia
per ipsum tempus significamus.

Significationes aduerbiorum quot sunt? Igno-
ratur numerus. Neq; enim omnes ponit Donatus. *Die ein stet*
Da aduerbia loci: vt Hic vel ibi, illic, *oder ort*
inde, intrò uel foras. *anzeigen.*

Da

Die eine
zeit bedeu-
ten.

Da temporis: vt Hodie, heri, nunc,
nuper, cras, aliquando, olim, iam, tunc,
cum, dum, manè, serò, semper.

Quæ à Grammaticis his adijciuntur: Modò,
pridem, iam pridem, dudum, iam dudum, iam inde, iam
olim, olim iam, quondam et olim quondam, diu, iam
diu & tam diu, noctuq; dies & noctes, interdium, ali-
quandiu, antehac, posthac, antea, postea, nudius ter-
tius, nudius quartus, perendie, pridie, postridie, me-
ridie, quotidie, indies, & in diem, quot mensibus,
quot annis, uesper, diluculo, crepusculo, æstate, hye-
me, quando, si quando, nequando, paulisper, aliquan-
tisper, tantisper, nondum, necdum, tum, quo, usque-
quo, interea & interim, dehinc, exinde, deinde, mox,
illicò, propemodù, confestim, statim, actutum, quam-
primum, extemplo, post, postquam, posteaquam, ut,
simul, ac, tandem, paucis post diebus, raptim, saltim,
cursim, subito, repente, citò, celeriter, de improviso,
de repente, protinus, continuò, ubiuis, unquam, nun-
quam, nonnunquam, interdum, temporis punctum,
interea loci, dictum factum.

Die ein 3al
bedeuten.

Da numeri: vt semel, bis, ter, quater.
Et quæ ad hanc significationem pertinent simi-
lia, Numeralia scilicet: Iterum, quinquies, sexies,
nouies, decies, uicies, tricies, octogies, nonagies, cen-
ties, ducenties, trecenties, quadringenties, & cetera
usq; ad millies, quoties, toties, aliquoties duntaxat
plerunq; sepe, sepe numero, & sepius, subinde, adde
Bisariam,

Bifariam, trifariam, multifariam, simpliciter, dupliciter.

Da negandi: vt Haud, non, neq.

Die nein
oder ver-
leugnen
bedeuten.

Quæ sunt his similia? Parum, secus, minimè, minime gentium, nequaquam, neutiquam, falso, nihil, & nullus pro non, nullo modo, ut non, ut ne, ut ni, quo minus, fabulæ, nuge, somnia, nec ne, nullatenus.

Da affirmandi: vt Etiam, quidni? certè.

Damitman
ia sagt.

Quæ sunt his similia? Ne, ita, ita est, sic, sic est, sic erit, hoc ipsum, istuc ipsum, rectè, recte sanè, probè, rectissimè, planissimè, maximè, id scilicet, sanè, quidem, nisi, si, cur non, nempe, planè, licet, illi- cet, nimirum & mirum, quid isthic? quid istuc.

Da demonstrandi, vt En, ecce.

Damitman
anzeigt.

Quæ sunt his significatione similia. Ecce autem, ellum, ellam, ellum, ellos, ellas, eccum, eccam, ecum.

Da optandi, vt Utinam, ô si.

Damitman
wünscht.

Quæ sunt his similia? O utinam, ô, ut uel uti, idem enim sunt, si, etsi, quàm si, nunc, ah, oh, optato aduenis, precario, quid si.

Da hortandi: vt Eia, age.

Damitman
vermanet.

Quæ sunt his addenda? Eia, age, agite, agedum, agite dum, euge, nonnunquam, & dum, adiectiua, ut adesdum.

Da ordinis, vt Inde, deinde, deinceps.

Die eine
ordnungen
bedeuten.

Que

Quæ istis accedunt? Primo, secundo, tertio, primum, secundum, tertium, primumiam, iam primum, principio, denuo, præterea, porro, rursus & rursus, obiter, hinc, ante, prius, tandem, denique, postremo, postremum, nouissimè, dehinc, interea, dein, postea.

damit man
fraget.

Da interrogandi: vt Cur? quare?
quamobrem?

Quæ sunt his similia? Quapropter? qua de res
non? nonne? an? ne? num? minimè? minimum? quid? ita
quando? vbi? quo? quorsum? qua? qui? quomodo? &
quo pacto? vtrum? quin pro cur non?

Die eine
gleichnis
bedeuten.

Da similitudinis: vt Quasi, ceu, sicut,
sicuti, velut, veluti, tanquam, vt, vti.

Quæ sunt huc referenda? Ita, itaque, atque, adeo,
perinde ac si, proinde, quasi, item, itidem, similiter,
identidem, prout, sic, quemadmodum, suatim, cani-
nè, paternè, mutuò, inuicem, uicissim, alternis, quàm,
non aliter, haud secus ac, haud aliter ac, eo modo, eo
pacto, instar.

Die eine ge-
schicklig-
keit anzei-
gen.

Da qualitatis: vt Doctè, pulchrè, for-
titer, viriliter, benè, malè.

Quæ sunt his similia? Indulgenter, diligenter,
sapienter, insipienter, utiliter, foeliciter, audacter,
difficulter, durè & duriter, largè & largiter, hu-
manè & humaniter, firmè & firmiter, expedite, ue-
recundè, ridiculè, sublimè, toruum, consulto, auspica-
tato, manifesto, meritò, peregrè, abundè, ritè, spon-
tè, vsui, honori.

Da quantitatis: vt Multum, parum, modicum, nimium, minimum, valde. Die ein gröſſe oder

Quae sunt his similia? Parumper, plus, plurimum, satis, abunde, satius, id est melius, tantum, tantummodo, minus, nimis, amplius, ualde, pro ualide, magno-
pere, tanto pere, impense, impendio, oppido, usq; ap-
prime, abunde, abundanter, affatim, paulatim, uber-
tim, multis modis, miris modis, mirum in modum, mi-
re. Et per in compositione, perparce, perchare, tam,
quam, maxime.

Da dubitandi: Forsan, forsitan, for- Die ein
talsis vel fortasse, fortuito. zweiffel

Quae huc pertinent? An, ab, ne, geminatum & encliticum, an, ne, utrum, ab, fors, forsit, mirum an
miror ubi fit, forte, bedeuten.

Da personalia: vt Mecum, tecum, se- Die ein
cum, nobiscum, vobiscum. person an-

Quae sunt his similia? Meatum, tuatum, suatum, zeigen.
nostratum, uestratum.

Da vocandi: vt ô heus. Damit man

Da consimilia: Eho, ehodum, ô Clitipho, ô Da- rufft.
ue hem Suntq; interdum interiectiones.

Da respondendi: vt hem. Damit man

Da his similia: Quiduis? quid tu tibi uis? quid antwort.
ais? quis me uocat? quis est? qui me? qui homo? quid
hic uult?

Da separandi: vt Seorsum, retrorsum. Die eine

Quae sunt his similia? sigillatim, separatim, bi- absonder
fariam.

D

rung be- fariam, omnifariam, priuatim, presertim, secus, eius
deuten. comparatiuus secius pro minus, & tardius, secreto,
rursus.

Damitman Da iurandi: vt Aedepol, castor, hercle,
schwert. medius fidius.

Quæ sunt his similia? Hercle, mehercle, hercu-
les, mehercules, ecastor, mecastor, percastor, pol, per-
pol, per Iouem, ita me Dij bene ament. Simile est illud
uulgare: Sic me Deus adiuuet.

Die eine Da eligendi: vt Potius, imo.

erwelung Da his similia: Quin potius, satius, melius, imò,
bedeuten. uerò, & quidem, & ac pro quam, ut Aliud respon-
des ac rogo.

Die eine Da congregandi: ut Simul, unà, pa-
versamlüg riter.

bedeuten. Da his similia: Vnà cum, simul &, pariter &,
cum patre, summa cum libertate, uiritim, hostiatim,
summatim, generatim, uiciatim, tum cum, & partim,
partim, simul simul, uel coniunctio, dum significat
etiam, uel oculum exculpe, uel hoc quis non credat?

Damitman Da prohibendi: vt Ne.

verbeut. Da similia: Nam ne coniunctio corripitur, neue
& neu per Apocopen.

Die ein zu Da euentus: ut Fortè, fortuito.

fall bedeu- Quæ sunt his similia? Fortè fortuna, casu, fato,
ten. fataliter, uirgula diuina, fortuito.

Damitman Da comparandi: ut Magis, minus,
vergleicht. vel tam, quam, maximum, minimum.

Quæ

Quæ sunt his similia? Plus, doctius, melius, potius, & omnes Comparatiui aduerbiales, à nominum neutro genere transpositi in us.

Suntne aliæ significationes Aduerbiorum? Sunt, ut superlatiua, intendendi, remittendi, diminuendi, precandi, excludendi, concedendi.

Da superlatiua: ut Maximè, prudentissimè, doctissimè, elegantissimè, optimè, persèpè. In um, potissimum.

Da intendendi: ut Sæpe, nimis, nimium, nimio, nimisquam, prorsus prorsum, omnino, mordicus, protinus & satis, necessario, necesse est, penitus, funditus.

Da remittendi: ut Vix, ferè, penè, agrè, paulatim, propè, sensim, pedetentim, & suspensò gradu, passim, placidè, spontè, impunè, propemodum, furtim, clam, uellicatim.

Da diminutiua: ut Clanculum, bellè, perbellè, duriusculè, longiusculè.

Da precandi: ut Sodes, amabo, penultima longa, quæ & interiectiones dicimus.

Da excludendi: ut Tantum, tantummodo, duntaxat, solum, pax.

Da concedendi: Esto, sanè.

Comparatio Aduerbiorum in quo est: In tribus gradibus comparationis, scilicet Positiuo, Comparatiuo & Superlatiuo. Da Aduerbia Positiui gradus: ut Doctè.

Comparatio.

D 2

Da

Da Comparatiui gradus: vt Doctius. Da Superlatiui gradus: vt Doctissimum vel doctissime.

Comparatur hodie? Non: quia non descendit à nomine adiectiuo comparabili.

Comparaturne doctè? Etiam, quia descendit à nomine adiectiuo comparabili, ut Doctè, doctius, doctissimum uel doctissime.

Figura.

Figuræ Aduerbiorum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex vt Doctè, prudenter. Cōposita vt indoctè, imprudenter.

Aduerbia localia sunt hæc: vel in loco, vel de loco, vel ad locum, vel per locum. Sed in loco, vel de loco, eandem significationem habent, vt Intus sum, intus exeo, foris sum, foris venio. Ad locum autem, & per locum, aliam significationem habent, vt intro eo, foras exeo. Deintus autem & de foris, sic non dicitur. Quomodo nec dicimus, ad foras, vel in foras. Per locum autem, ut hac, illac, istac.

In loco, Diese be-
deuten an
einem ort
sein.

Aduerbia localia quod habent differentias? Quatuor: In loco, de loco, ad locum, per locum.

Da aduerbia loci, quæ in loco significant: ut Hic, illic, isthic, intus, foris, ibi, ibidem, alibi, alicubi, sicubi, necubi, ubi, ubiq;, ubilibet, ubicunq;, superius, inferius, primò, secundò, tertio, quarto, supra, infra, ubiuis,

ubiuis, longe, procul, ubiubi, ubiq; gentium, penitus,
usquam, nusquam, coram, presto, peregre, Roma, Li-
psia, Norimbergæ, Augusta, Carthagini, Venetijs, belli
militia, domi, ruri.

Da aduerbia, quæ significant De loco: ut Hinc, De loco,
isthinc, illinc, intus, foris, sicunde, necunde, undiq; Diese be-
alicunde, undicunq; utrinq; superne, inferne, coeli= deuten von
tus, funditus, radicitus, unde, undelibet, undeuis, inde, einem ort.
peregre, indidem, aliunde, stirpitus, diuinitus, huma-
nitus, eminus, cominus, pone, Tarento, Mantua pro-
fectus, Norimberga discessit.

Da aduerbia quæ significant Ad locum: ut Huc, Ad locum,
illuc, isthuc, eò, quò, aliquò, siquò, quocunq; intro, Diese be-
foras, nusquam, nequo, utroq; quoquo, quouis, quo= deuten zu
uis gentium, quorsum, aliquorsum, deorsum & de= einem ort
orsum, uersus uel uersum, sursum & sursum uersus, oder stelle.
dextrorsum uel dextro uersum, sinistrorsum, uel le-
uorsum, horsum uel horsum uersus, istorsum, illor-
sum, nequorsum, utroq; uersum, quoquo uersum, ali-
orsum, usquam, nusquam, ultro, citroq; quousq; uel
usquequo, hactenus, quatenus, eatenus, hucusq; istuc,
usq; eousq; usq; Miletum usq; processit.

Da aduerbia quæ significant Per locum: ut Hac, Per locum,
illac, istac, nequa, siqua, aliqua, utraq; quaq; ea, ea= Diese be-
dem, quà, quacunq; alia, recta. deuten
durch einẽ
ort oder
stelle.

DE PARTICIPIO.

Participium quid est? Pars orationis, Participiũ,
partem capiens nominis, partemq; das mitge-
verbi noß.

verbi. Recipit enim à nomine genera
& casus, à uerbo tempora & significa-
tiones ab utroq; numerum & figuram.

Quomodo se habet Participium ad uerbum &
nomen? Ceu medium quiddam. Nam & casus habet
sicut nomina, & tempora, constructionemq; sicut
uerba, unde etiam præteritum uerbi passiuī supplet.

Vnde dicitur Participium? A partem capiendo,
quasi participium, quoniam partem capit nominis,
partemq; uerbi, & partem ab utroq;.

Vnde dicitur participium? Ex terminatione,
& eius significatione.

Quot sunt terminationes Participiorum? Septem:
Ans ut amans, Ens ut Legens, Tus ut Lectus, Sus ut
uisus, xus ut pexus, Rus ut Amaturus, Dus ut aman-
dus, mortuus singulare est.

Genus.

Casus.

Participio quot accidunt? Sex. Quæ?
Genus, Casus, Tempus, Significatio,
Numerus & Figura. Genera participi-
orum quot sunt? Quatuor. Quæ? Mas-
culinum, ut hic lectus. Fœmininum, ut
hæc lecta. Neutrum, ut hoc lectum. O-
mne, ut hic & hæc & hoc legens. Casus
participiorum quot sunt? Sex. Qui?
Nominatiuus, ut hic & hæc, & hoc Le-
gens. Genitiuus ut huius legentis. Dati-
uus ut huic legenti. Accusatiuus ut hūc
& hanc

& hanc legentem, & hoc legens. Vocatiuo vt o legens. Ablatiuus, vt ab hoc & ab hac & ab hoc legente vel legenti.

Tempora Participiorum quot sunt? *Tempus*
Tria. Que? Præsens, vt Legens. Præteritum, vt lectus. Futurum, vt lecturus vel legendus.

Amans cuius temporis? Præsentis & præteriti imperfecti.

Quæ participia sunt præsentis & præteriti imperfecti temporis? Omnia quæ desinunt in ns, ut Amans, legens.

Quomodo exponuntur? Per uerbum præsentis temporis & præteriti imperfecti, & qui, quæ, quod, ut Qui amat uel qui amabat.

Amatus cuius temporis? Præteriti perfecti & plusquamperfecti.

Quæ sunt præteriti & plusquamperfecti temporis? in tus, sus, xus omnia.

Quomodo exponuntur? Per præteritum passiuum perfectum, & plusquamperfectum, & Qui, quæ quod, ut Amatus est uel fuit, uel qui amatus erat uel fuerat.

Amaturus cuius temporis? Futuri.

Quæ sunt futuri temporis? Omnia in rus & dus.

Quomodo differunt? In rus actiue & neutraliter significant. In dus uerò passiuè.

Quomodo exponuntur Participia futura in rus?

D 4

Per

Per uerbum actiuum futuri temporis, & Qui, quæ, quod, ut Amaturus, qui amabit. Quomodo exponuntur Participia futura in dus? Per uerbum futurum passiuæ uocis, & Qui, quæ, quod, ut Amandus, id est, qui amabitur.

Participia Quare inuenta sunt participia, cum tamen idem
cur inuen- per uerbum possumus præstare? Maximè ob oratio-
ta. nis concinnitatem & breuitatem, ne tot relatiuis, ad-
uerbijs, coniunctionibus nobis opus sit, & ne eadem
semper sit orationis facies.

Exponuntur ne uel aliter participia? Maximè.
Nam per relatiuum qui, quæ, quod, est uulgaris ex-
positio, sed interim resoluuntur in sua uerba, & in-
dum, uel ut, uel postquam, uel &, uel quoniam, uel
cum, & similia, ut Præceptore legente discunt discipu-
li, id est, dum legit præceptor.

Formatio. Vnde formantur participia in us? A præterito
imperfecto uerbi sui, bam uel bar in ns conuerso, ut
legebam, legens, osculabar, osculans: præteribam,
præteriens: quibam quiens, ubi bam mutatur in ns.

Vnde formantur participia in tus, sus, xus? Ab ul-
timo supino uerbi, addendo s, ut Amatu amatus: pe-
xu pexus: uisu uisus. Vnde formantur participia in
rus? Ab eodem ultimo supino, addendo rus, ut amatu
amaturus: uisu uisurus. Vnde formantur participia in
dus? A genitiuo singulari participiorum in ns, tis in
dus conuerso, ut amantis amandus.

Significa- Significationes Participiorum in quo
no, das be- sunt? quia ab actiuo uerbo duo Partici-
pia

pia veniunt, Præsens & futurum, vt le- ^{deuten vnd}
gens, lecturus. A passiuo quot? Duo ^{seimekraffe}
Præteritum & futurū, vt lectus legen-
dus. A neutro quot? Duo: sicut ab acti-
uo, Præsens & futurum, vt stans, statu-
rus. A deponenti quot? Tria. Quæ? Præ-
sens, præteritum & futurū, vt loquens,
locutus locuturus. A communi quot?
Quatuor. Quæ? Præsens, præteritum,
& duo futura, vt Criminans, crimina-
tus, criminaturus, uel criminandus.

Quid est significatio in Participio? Id quod ge-
nus in uerbo. Quot sunt ergo significationes partici-
piorum? Quinq;: Actiua, Passiua, Neutra, Deponens
& Communis.

Quæ participia sunt significationis passiue? Quæ
à uerbis passiui generis descendunt. Quot participia
descendunt ab actiui generis uerbo? Duo, Præsens in
ns, & futurum in rus.

Quæ participia sunt significationis passiue? Quæ
à uerbis passiui generis descendunt. Quot participia
descendunt à uerbis passiui generis? Duo: Præteritum
in tus, uel xus, uel sus, & futurum in dus.

Quæ participia sunt significationis neutralis?
Quæ à uerbis neutri generis descendunt. Quot par-
ticipia descendunt à uerbis neutri generis? Duo.
Quæ? Præsens in ns, & futurum in rus.

Quæ Neutra habent quatuor Participia? Quæ habent passiuum in tertia persona, ut Semino, aro, tundo, arans, araturus, aratus & arandus. Quæ Neutra habent tria Participia, scilicet, Præsens, Præteritum & futurum in rus? Prandeo, coeno, mœreo, nubo, iuuo, quiesco, placeo, pateo, titubo, gaudeo, fido, soleo, adeo, assuesco, ut Prandens, pransus, pransurus.

Quæ participia sunt significationis deponentis? Quæ à uerbis deponentis generis descendunt.

A Deponentibus uerbis quot descendunt participia? Tria. Præsens in ns, Præteritum in tus, & Futurum in rus, ut Sequens, secutus & secuturus.

Quæ Deponentia habent quatuor participia? Quæ fuerunt olim communia, ut Loquendus, utendus sequendus.

Quæ participia sunt significationis Communis? Quæ à uerbis communis generis descendunt. Quot participia descendunt à uerbis communis generis? Quatuor, Præsens, Præteritum, & duo futura, in rus & dus, ut Largiens, largitus, largiendus, & largiturus.

Quomodo differunt? In ns & rus significant tantum actiue, in dus tantum passiuè. Præteriti autem temporis significant actiue & passiuè, ut Largitus, qui donauit, & qui donatus est.

Numerus.

Numeri Participiorum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut hic Legens: Pluralis, ut hi Legentes.

Figuræ

Figurae Participiorum quot sunt?
Duae. Quae? Simplex, ut legens, Com-
posita, ut negligens.

Amans cuius numeri? Singularis, quia singulari-
ter profertur.

Amantes cuius numeri? Pluralis, quia plurali-
ter profertur.

Amans cuius figurae? Simplicis, quia simplici-
ter profertur.

Deamans cuius figurae? Decomposita, quia à
composito deriuatur, quod est Deamo. Omne enim
quod deriuatur à composito, dicitur Decompositum.

Quid de declinatione Participiorum? Partici-
pia omnia ad declinationes nominum pertinent, de-
clinantur enim sicut illa. Amans est tertiae declina-
tionis, & omnia participia in ns. Alia in us & um,
sunt secunda. In a sunt prima.

Da paradigma Participiorum Actiuorum &
neutrorum, in ans uel in ens
finientium.

Legens participium, veniens à ver- Eimer der
bo actiuo, temporis praesentis, ge- da list oder
neris Omnis, numeri singularis, figu- lass.
rae simplicis, casus nominatiui & accu-
satiui, & vocatiui, quod declinabi-
tur sic: Nominatiuo hic & haec & hoc.
Legens. Genitiuo huius Legen-
tis. Datiuo huic Legenti. Accu-
fatiuo

satio hunc & hanc legentem, & hoc
 legens. Vocatio o legens. Ablatio
 ab hoc & ab hac & ab hoc legente vel
 legenti. Et pluraliter: Nominatio hi
 & hæ Legentes, & hæc legentia. Geni-
 tiuo horum & harum & horum legen-
 tum, vel legentium. Datio his legen-
 tibus. Accusatio hos & has legentes,
 & hæc legentia. Vocatio o legentes,
 & o legentia. Ablatio ab his legenti-
 bus.

*Da quoq; paradigma Participiorum Actiuorum.
 neutrorum futuri temporis in rus,*

Eimer der
 da lesen
 wird.

Lecturus participium, veniens à ver-
 bo actiuo, temporis futuri, numeri
 singularis, figure simplicis, casus nomi-
 natiui, quod declinabitur sic: Nominati-
 uo hic lecturus, hæc lectura, hoc lectu-
 rum. Genitio huius lecturi, lecturæ, le-
 cturi. Datio huic lecturo, lecturæ, le-
 cturo. Accusatio hunc lecturum, hanc
 lecturam, hoc lecturum. Vocatio o le-
 ctore, lectura, lecturū. Ablatio ab hoc
 lecturo, ab hac lectura, ab hoc lecturo.
 Et plur: Nominatio hi Lecturi, hæc le-
 cturæ, hæc lectura. Genitio horum le-
 cturo-

harum lecturarum, horum lectorum.
Datiuo his lecturis. Accusatiuo hos le-
cturos, has lecturas, hæc lectura. Ab-
latiuo ab his lecturis.

*Da paradigma Participiorum passiuorum & de-
ponentium præteriti temporis in tus, aut
xus finientium.*

Lectus participium, veniens à verbo Einer der
da ist geles-
sen.
passiuo, temporis præteriti, numeri
singularis, figure simplicis, casus nomi-
natiui, quod declinabitur sic: Nomina-
tiuo hic lectus, hæc lecta, hoc lectum.
Genitiuo huius lecti, lectæ, lecti. Dati-
uo huic lecto, lectæ, lecto. Accusatiuo
hunc lectum, hanc lectam, hoc lectum.
Vocatiuo ô lecte, lecta, lectum. Ablati-
uo ab hoc lecto, ab hac lecta, ab hoc le-
cto. Et pluraliter: Nominatiuo hi lecti,
hæ lectæ, hæc lecta. Genitiuo horum
lectorum, harum lectarum, horum le-
ctorum. Datiuo his lectis. Accusatiuo
hos lectos, has lectas, hæc lecta. Voca-
tiuo ô lecti, lecte, lecta. Ablatiuo ab his
lectis.

*Da quoq; paradigma Participiorum passiuorum
Communium uerborum futuri temporis
in dus finientium.*

Legens



Einer der **L**egēdus participium, veniens à ver-
 da sol oder **L**bo actiuo, temporis futuri, numeri
 wird gele- singularis, figure simplicis, casus nomi-
 sen werde. natiui, quod declinabitur sic: Nominati
 uo hic legendus, hæc legenda, hoc le-
 gendum. Genitiuo huius legendi,
 legendæ, legendi. Datiuo huic le-
 dendo, legendæ, legendo. Accusatiuo
 hunc legendum, hanc legendam, hoc le-
 gendum. Vocatiuo ô legende, legenda,
 legendū. Ablatiuo ab hoc legendo, ab
 hac legenda, ab hoc legendo. Et plura:
 Nominatiuo hi Legendi, hæc legendæ,
 hæc legenda. Genitiuo horum legen-
 dorum, harum legendarum, horum le-
 gendorum. Datiuo his legendis. Accu-
 satiuo hos legendos, has legendas, hæc
 legenda. Vocatiuo ô legendi, legendæ,
 legenda. Ablatiuo ab his legendis.

DE CONIUNCTIONE.

Cōiunctio, **C**oniunctio quid est? Pars orationis
Das bandt, **C**onnectens, ordinansq; sententiam.
das anknü-
pfft. vnd de Coniunctioni quot accidunt? Tria.
sententz **Q**uæ? Potestas, Figura & Ordo.
ordnet. **V**nde dicitur Coniunctio? A coniungendo, quod
 coniun-

coniungat locutionem. Nam si quis dicat: Ego tu
eamus, disidet locutio. Si interpono &, dicens: Ego
& tu eamus, incipit coherere,

Adquid conducit Coniunctio? Multum condu-
cit ad rectè connectendam orationem Coniungit enim
uim & ordinem orationis. Inde etiam nomen meruit:
quia pro uinculo interponitur orationi, quoniam
laxum & diffusum sermonem more catenæ interpo-
sita deuincit atq; connectit.

Penes quod Coniunctiones cognoscuntur? Ex
Donati enumeratione fideli, ac usu quotidiano.

Potestas Coniunctionum quot spe- Potestas.
cies habet? Quinq;. Quas? Copulati-
uas, disiunctiuas, expletiuas, causales &
rationales.

Da copulatiuas: ut Et, q̄, quoq;, at, Die zusam-
atq;, ac, atq;. men fügen.

Da disiunctiuas: ut Aut, ue, uel, ne, Die von
nec, an, neq;. einander

Da expletiuas: ut Quidem, e quidem, scheiden.
saltem, uidelicet, quàm, quamuis, quoq; Die den
autem, porrò, licet, tamen, veruntamē. sententz
ausfüllen,

Da causales: ut Si, etsi, etiam si, siqui- oder die
dem, quando, quandoquidem, quin, red schmü-
quinetiam, quatenus, sin, seu, siue, neu, cken.

neue, nam, namq;, ni, nisi, nisi, ne, sed, Die ein ur-
interea, quamobrem, præsertim, item, sach für-
itemq;, cæterum, alioquin, præterea. wenden.

Da

Die ein vre
sach angei-
gen warüb

Da rationales: ut Ita, itaq, enim, ete-
nim, enimvero, quia, quapropter, quo-
niam, quoniamquidem, quippe, nem-
pe, ergo, ideo, igitur, scilicet, uidelicet,
propterea, idcirco.

Potestas quid est? Nihil aliud est, quam ipsius
Coniunctionis significatio.

Et, cuius speciei siue potestatis? Copulatiuæ: quia
copulat tam sensum quam uerba, ut Ego & tu ed-
mus.

Vel cuius potestatis? Disiunctiuæ: quia dictio-
nes connectentes sensum disiungit, ut Vel est sanus,
uel aeger. Oportet enim unum esse uerum, alterum
falsum. Aut est dies, aut nox.

Quidem cuius potestatis? Expletiuæ: quia ex-
plet, id est, explanat sensum, & aliquando solum fe-
stiuittatis gratia ponitur.

Nam cuius potestatis? Causalis: quia rei cau-
sam demonstrat.

Ergo cuius potestatis? Rationalis: quia rei ra-
tionem demonstrat.

Figura.

Figuræ Coniunctionum quot sunt?
Duæ. Quæ? Simplex, ut Nam, Compo-
sita, ut namq.

Ordo.

Ordo Coniunctionum in quo est?
Quia aut Præpositiuæ coniunctio-
nes sunt, ut Ac, at, ast. Aut subiunctiuæ,
ut

Que, ue, ne. Aut communes, vt Ergo,
ideo, igitur.

Quid est Ordo in Coniunctione? Est modus præponendi & postponendi Coniunctiones.

Quot sunt Ordines Coniunctionum? Tres. Quis Præpositiuus, Subiunctiuus, Communis.

Da coniunctiones Præpositiuui ordinis: Ac, at, Die man
ast, atq; aut, &, uel, nec, neq; si, quin, quatenus, sin, der rede
feu, siue, nisi, ni. Quare dicuntur Præpositiuui ordinis? fürsetzt.
Quia semper in oratione præponuntur.

Da Subiunctiuui ordinis: Que, ne, ue, uerò, quoq; Die man
autem, quidem. Quare dicuntur Subiunctiuui ordinis? der rede
Quia subiunguntur in oratione ordinis. nachsetzt.

Da coniunctiones Communis ordinis: Ceteræ Die man
ferè omnes, præter supra dictas: ut Equidem, igitur, für oder
tamen, ergo, quanquam, quoniam. Quare dicuntur nach setzen
Communes? Quia in orationis ordine & præponi mag.
& postponi possunt.

Que, qualis coniectio? Enclitica, siue inclina-
tiua.

Quot sunt coniectiones Encliticæ? Tres: Que,
ne, ue, quia præcedentem syllabam extollunt, ipse au-
tem inclinantur.

DE PRÆPOSITIONE.

PRÆpositio quid est? Pars orationis,
quæ præposita alijs partibus in ora-
tione, significationem aut complet, aut
mutat, aut minuit.

E

Quan-

Quando mutat? Quando diuersam significatio-
tionem inducit: vt *Æquus, iniquus, sapio, desipio.*

Quando complet? Quando perficit angetue si-
gnificationem: vt *Deamo, depereo, id est, valde amo,*
prorsus pereo.

Quando minuit? Quando de significatione para-
tis, cui componitur, adimit: vt *Subtristis, subrideo, id*
est, parum tristis, parum rideo.

Vnde dicitur præpositio? A præponendo: quon-
iam præponitur alijs partibus in sermone.

Quot modis præponitur in sermone præpositio?
Bifariam: Per appositionem & compositionem.

Per appositionem quando? Quando non est una
pars orationis cum apposita dictione: vt *Penes me*
situm. Quando per compositionem? Quando cum
addita dictione est una pars, vt *Iniquus.*

Penes quid præpositiones dinoscuntur? Ex Do-
nati enumeratione fidei, quia certo numero compre-
henduntur.

Præpositioni quot accidunt? Vnum.

Quod? Casus tantum. Quot Casus?

Duo. Qui? Accusatiuus & Ablatiuus.

Da Præpositiones casus Accusatiui: vt

Ad, apud, ante, aduersum, cis, citra, cir-

cum, circa, contra, erga, extra, intra, in-

ter, infra, iuxta, ob, pone, per, prope,

propter, secundum, post, trans, vltra,

preter, supra, circiter, vsq, secus, penes.

Quomodo?

Accidens
est casus.

Accusatiui
casus præ-

positiones
sunt tri-

ginta

Zum

Zum vater. Bey dem Meyerhoff.

Dicimus enim: Ad patrem. apud villā.

vorn haus. *Wider die feinde.* Disseit oder

Ante ædes, Aduersus inimicos. Cis

hierwarts des Rheins. Disseit oder hierwarts des

Rhenum, Citra fo-

marckts. Vmb die nachbarn umbher. Vmb die Kir-

rum, Circum vicinos. Circa tem-

chen. *Wider die feind.* Gegen den verwand-

plum. Contra hostes. Erga propinquos

ten, Auffer den grentzen. Vnter den schiffen. In-

Extra terminos. Inter naues. In-

nerhalb der stadmauer. Vnter dem dach. Neben der

tra mœnia. Infra tectum. Iuxta

metzig oder speismarckt. Vmb der weißsagung wil-

macellum, Ob augurium,

len aus dem vogel geschrey. Neben dem Richter-

Pone tribunal.

stuel. Durch die wandt. Bey dem fenster.

Per parietem. Prope fenestram.

vmb der zucht willen. Neben der thür.

Propter disciplinam. Secundum fores.

Hinder den rücken, Vber den bach. Vber die grentzē.

Post tergum. Trans ripam. Ultra fines.

Ohn das ampt, oder wider den dienst. Vber

Præter officium.

Supra

den Himel. Vmb oder bey den iaren. Bis auff das

coelum, Circiter annos,

Vsq̄

B e

hoch

boch oder gros Meer. Neben dem oder am weg, bey
Oceanum. Secus viam. Pe-
den Scheidemennern.
nes arbitros.

Da præpositiones casus Ablatiui, vt
A, ab, abs, cum, coram, clam, de, è, ex,
pro, præ, palam, sine, absq; tenus. Quo-
modo? Dicimus enim: A domo. Ab
Vom haus. Vom
menschen. Von einem ieden. Mit einem Heerzug.
homine. Abs quolibet. Cum exercitu.
Für den zeugen. Heimlich für den Hüttern.
Coram testibus. Clam custodibus.
vom marckt. Von rechts wegen. Aus der vogtey.
De foro. E iure. Ex præfectu-
Für die so man schützen sol. Für furcht.
ra. Pro clientibus. Præ timore.
öffentlich für iederman. One arbeit. One
Palam omnibus. Sine labore. Absq;
vnrecht. Bis an die scham.
iniuria. Tenus pube, quod nos dicimus
Pube tenus.

Præpositi-
ones utri-
usq; casus
sunt 4.
Da Præpositiones vtriusque casus:
vt In, sub, super & subter. Quan-
do Accusatiuo casui seruiunt? Quan-
do nos, vel quoslibet ad locum ire, ef-
se, vel ituros esse significamus.

Quando Ablatiuo casui seruiunt?
Quan-

Quando nos, vel quoslibet in loco esse
vel fuisse, vel futuros esse significamus.

In, Accusatiui casus: vt Itur in antiquā *IN.*
sylvam. In ablatiui casus, vt Stans celsa
in puppi.

Sub, accusatiui casus: vt Postesq; sub *sub.*
iplos, Nituntur gradibus. Sub, ablatiui
casus. vt Arma sub aduersa posuit radi-
antia quercu.

Super, quam vim habet? Vbi locum *super.*
significat, magis accusatiuo quàm abla-
tuo casui seruit. Vbi verò mentionem
alicuius rei facimus, ablatiui tantum:
vt Multa super Priamo rogitans, super
Hectore multa, hoc est, de Priamo, &
de Hectore multa.

In, quam vim habet? Etiam tunc ac-
cusatiui casui seruit, cum significat con-
tra, vt In adulterum, & in desertorem.

Subter, quam vim habet? Eandem *subter.*
quam & superiores, ad locum & in lo-
co significantes.

Quæ præpositiones sunt, quæ à di-
ctionibus separari non possunt? vt: Di,
dis, re, se, an, con. Quomodo? Dicimus
enim, diduco, distraho, recipio, secubo,
amplector, congregior.

E ;

Quæ

Quæ sunt, quæ coniungi non possunt?
Apud & penes. Quæ coniunguntur &
separantur? Reliquæ penè omnes.

Ad, cuius casus? Accusatiui: quia accusatiuo deserviat.

Quot sunt Prepositiones, quæ tantum cum Accusatiuo construuntur? Sunt triginta: Ad, apud, &c.

A, cuius casus? Ablatiui: Quia ablatiuo casui deservit.

Quot sunt Prepositiones, quæ cum ablatiuo construuntur? Quindecim: A, ab &c.

In, cuius casus? Vtriusq;: quia utriq; deservit, accusatiuo & ablatiuo.

Quot sunt Prepositiones, quæ nunc accusatiuo, nunc ablatiuo construi possunt? Quatuor: In, Sub, Super & Subter.

Con, qualis Prepositio? Inseparabilis.

Quot sunt Prepositiones inseparabiles? Sex. Quæ? Di, dis, re, se, an, con.

Quare dicuntur inseparabiles? Quia extra compositionem nihil significant.

DE INTERIECTIONE.

Interiectio quid est? Pars orationis significans mentis affectum, voce in-
condita.

Interiectio,
Der ein-
wurf.

Interiectio

Interiectio quare ultimo loco posita est? Quia nihil exprimit, nisi affectus animi, qui raro interponuntur.

Vnde dicitur interiectio? Ab interiacendo, quia interiacet alijs partibus in oratione, quibus in uarias partes distributis, uox interiectiua profertur.

Interiectioni quot accidunt? Vnum. Quod? Significatio.

Significatio.

Significatio Interiectionum in quo est? Quia aut lætitiā mentis significamus, ut Eucæ. Aut dolorem, ut heu. Aut admirationem, ut pape. Aut metum, ut arat. Aut si qua sunt similia.

Quid est significatio? Est proprietas significans affectum mentis.

Quot sunt significationes? Tot ferè quot sunt affectus.

Da aliquot: Gaudentis, ridentis, admirantis, indignantis, dolentis, metuentis.

Da gaudentis: ut Eucæ, euax, io, euge: quia gaudium significant.

Da ridentis: ut Ha ha he, quia risum significant.

Da admirantis: ut Pape, heu, quia admirationem significant.

Da indignantis: ut heu, quia indignationem significant.

Da dolentis: ut Proh, ah, heu, ue, quia significant dolorem.

E +

Que

Que alie orationis partes solent pro Interiectione proferri? Infandum & malum: vt
Nauibus infandum amissis unius ob iram. Virg.
Quid hoc malum infelicitatis est? Terent.
Et est dictum anxij animi, & turbati nimis.

INTERROGATIONES DE Verborum formatione.

Amas vnde formatur? Ab amo, mutato o in as.

Quot tempora formantur à presenti Indicatiui?
Quaecunq; non formantur à præterito perfecto Indicatiui.

Quot tempora formantur à præterito perfecto Indicatiui? Quinq; Que finiunt in ram, sem, rim, ro, se.

Vnde formatur præteritum plusquamperfectum Indicatiui in ram? A prima persona præteriti perfecti, i in e conuerso, & addito ram, fit amaue-ram.

Vnde formatur præteritum perfectum Optatiui modi in sem? A præterito perfecto Indicatiui, addita s & sem, fit amauissem.

Vnde formatur præteritum perfectum Coniunctiui modi in rim? A prima persona præteriti Indicatiui, i in e conuerso, & addito rim, fit amaue-
rim.

Vnde formatur futurum Coniunctiui modi, in ro? A prima persona præteriti Indicatiui modi, i in e conuerso, & addita ro, fit amauro.

Vnde

Vnde formatur præteritum perfectum Infinitiu
modi in se? A prima persona præteriti indicatiui,
addita s & se, fit amauisse.

Vnde formatur supinum? A præterito perfecto
formatur supinum.

Vnde formantur Gerundia? A præteritis par-
ticipiorum in ns, tis in di, do in dum conuerso.

EXEMPLA CONIUGATIO- num sequuntur.

Coniuga hoc uerbum actiuum A M O.

A M O uerbum actiuum, in indicati-
uo modo dictum, temporis præ-
sentis, numeri singularis, figuræ sim-
plicis, personæ primæ, coniugationis
primæ, quod coniugabitur sic: Amo, *Ich lieb.*
amas, amat. Et pluraliter: amamus ama-
tis amant. Præterito imperfecto, ama- *Ich liebte.*
bam amabas amabat. Et pluraliter, ama-
bamus amabatis amabant. Præterito
perfecto: amaui amauiisti amaui. Et *Ich hab geo-*
pluraliter, amauiimus amauiistis amaue- *liebt.*
runt vel amauère (per syncopen amasti
& amastis) Præterito plusquamperfe-
cto, amaueram, amaueras, amauerat. Et *Ich hatte*
pluralit. amaueramus amaueratis ama- *geliebt.*
uerant (Per concisionem, amaram, ama-
ras amarat) Futuro, amabo amabis ama *Ich werde*
bit.

E S bit.

oder wil
lieben. bit. Et pluraliter, amabimus amabitis
amabunt.

Huic futuro imperfecto, ut uocant, addunt etiã Gram-
matici futurum perfectum, seu exactum, ut Linacer ap-
pellat: Amauero, ich werde oder wil als denn bereit
geliebt haben. Amaueris, du wirst geliebt habẽ. Ama-
uerit, der wird geliebt haben. Plur. Amauerimus, wir
werdẽ als denn bereit geliebt habẽ. Amaueritis, ir wer-
det geliebt habẽ. Amauerint, die werdẽ geliebt haben.

Liebe du.
Laß uns
lieben.
Du solt lie-
ben.

Imperatiuo modo tempore presentis,
ad secundam & tertiam personam: ama
amet. Et pluraliter, amemus amate a-
ment. Futuro, amato tu, amato ille. Et
pluraliter, amemus amatote, amanto
vel amantote. Optatiuo modo, tempo-

Wolt Gott
das ich lie-
bete.

re presentis, & preterito imperfecto, uti-
nam amarem amares amaret. Et plura-
liter, utinam amarem amaretis ama-
rent. Præterito perfecto & plusquam-

Wolt Gott
das ich ge-
liebet het-
te.

perfecto, utinam amauiſsem amauiſſes
amauiſſet. Et pluraliter, utinam amauiſ-
ſemus amauiſſetis amauiſſent (per Syn-
copen, amaſſem amaſſes amaſſet) Futu-

Wolt Gott
das ich lie-
ben würde

ro, utinam amem ames amet. Et plura-
liter, utinã amemus ametis ament. Con-
iunctiuo modo, tempore presentis, cum
amem ames amet. Et pluraliter, cum a-
memus ametis ament. Præterito imper-
fecto,

fecto, cum amarem amares amaret. Et So ich lie-
 pluraliter, cū amaremus amaretis ama- be.
 rēt. Præterito perfecto, cum amauerim So ich liebo
 amaueris amauerit. Et pluraliter, cum te.
 amauerimus amaueritis amauerint (per So ich hab
 concisionem, amarim amaris amarit.) geliebt.
 Præterito plusquamperfecto, cū ama- So ich habe
 uissem amauisses amauisset. Et plurali- te geliebt.
 ter, cum amauissemus amauissetis ama-
 uissent (per Syncopen, amassem amas-
 ses amasset. Pluraliter, amassemus amas-
 setis amassent) Futuro, cum amauero a- So ich wer
 maueris amauerit. Et pluraliter, cum a- de lieben.
 mauerimus amaueritis amauerint (per
 syncopen, amaro amaris amarit, &c. In-
 finitiuo modo, sine numeris & perso-
 nis, tempore præsentis, & præterito im-
 perfecto, amare. Præterito perfecto & Lieben.
 plusquamperfecto, amauisse (vel amas- Geliebt
 se per Syncopen) Futuro, amatum ire, haben.
 vel amaturum esse. Lieben
 werden.
 Verbo impersonali, Indicatiuo modo, Man liebt.
 tēpore præsentis, amatur. Præterito im- Man liebte.
 perfecto, amabatur: Præterito perfecto Man hat
 amatū est vel fuit. Præterito plusquam- geliebt.
 perfecto, amatū erat vel fuerat. Futuro, Man wird
 amabitur. Imperatiuo modo, tempore lieben.
 præ-

Man lieb. præfenti, ametur. Futuro, amator.
 Man sol lieben. Optatiuo modo, tempore præfenti, & præterito imperfecto, vtinam amaretur: Præterito perfecto & plusquamperfecto, vtinam amatum esset vel fuisset.
 Ach das man liebte. Ach das man hette geliebt. Futuro, vtinam ametur.

Ach das man würde lieben. Coniunctiuo modo, tempore præfenti, cum ametur. Præterito imperfecto, cum amaretur. Præterito perfecto, cum amatum sit vel fuerit. Præterito plusquamperfecto, cum amatum esset vel fuisset. Futuro, cum amatum sit vel fuerit.

So man liebet. So man hat geliebt. So man hatte geliebt. So man liebte. So man liebte würde. Infinitiuo modo, sine numeris & personis, tempore præfenti, & præterito imperfecto, amari. Præterito perfecto & plusquamperfecto, amatum esse vel fuisse. Futuro, amatū iri. Gerundia vel participialia verba sunt hæc: amandi amando amandum. Supina, amatum amatu. Duo participia trahuntur ab hoc verbo actiuo: Præfens, vt amans, Futurum, vt amaturus.

Quare Donatus vocat Gerundia, Participialia uerba? Quia sunt uoces à uerbis deductæ, participijs per omnia similes, nec tamen participia sunt. Quare non sunt participia? Quia Participia significatio

nificant tempus, sine administratione rei: ut *Cruciat me* lectionis sollicitudo dicendæ, id est, quam dicturus sum. Gerundia verò significant administrationem rei, sine tempore: ut *Tenet me cura scholæ* regendæ, id est, quam regere debeo.

Da formam coniugandi verba Passiua, Deponentia & Communia primæ coniugationis.

A Mor amaris vel amare amatur. Et pluraliter, amamur amamini amantur. Præterito imperfecto, amabar amabaris vel amabare amabatur. Et pluraliter, amabamur amabamini amabantur. Præterito perfecto, amatus sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. Et pluraliter, amati sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt vel fuere. Præterito plusquamperfecto, amatus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. Et pluraliter: amati eramus vel fueramus, eratis vel fueratis, erant vel fuerant. Futuro, amabor amaberis vel amabere amabitur. Et pluraliter: amabimur amabimini amabuntur.

Ich werde geliebt.
Ich ward geliebt.

Ich bin geliebt worden.

Ich war geliebt worden.

Ich werde geliebt werden.

Et futurum perfectum, secundum Linacrum & Nebrissensem: Amatus ero vel fuero, Ich werde schon geliebt worden sein: Amatus eris vel fueris, du wirst geliebt worden sein. Amatus erit vel fuerit, der

der wird geliebt worden sein. Pluraliter, Amati erimus uel fuerimus, Wir werden geliebt worden sein. Amati eritis uel fueritis, ihr werdet geliebt worden sein. Amati erint uel fuerint, die werden geliebt worden sein.

Imperatiuo modo, tempore praesentis, ad secundam & tertiam personam, amare ametur. Et pluraliter, amemur amamini amentur. Futuro, amator tu, amator ille. Et pluraliter, amemur, amamini amantur.

Optatiuo modo, tempore praesentis, & praeterito imperfecto, utinam amarer, amareris vel amare, amaretur. Et pluraliter, utinam amemur amemini, amarentur. Praeterito perfecto & plusquamperfecto, utinam amatus essem vel fuisset, esses vel fuisset, esset vel fuisset. Et pluraliter, utinam amati essemus vel fuissetis, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent. Futuro, utinam amer ameris vel amere ametur. Et pluraliter, utinam amemur amemini amentur.

Coniunctiuo modo, tempore praesentis, cum amer, ameris vel amere, ametur. Et pluraliter, cum amemur, amemini, amentur. Praeterito imperfecto, cum amarer

marer, amareris vel amarere, amaretur. So ich ~~wer~~
 Et pluralit: cum amaremur amaremini ~~geliebt,~~
 amarentur. Præterito perfecto, cum a-
 matus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit
 vel fuerit. Et pluralit: cum amati simus ~~So ich bin~~
 vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel ~~geliebt~~
 fuerint. Præterito plusquamperfecto, ~~worden.~~
 cum amatus essem vel fuisset, esses vel ~~So ich war~~
 fuisses, esset vel fuisset. Et pluraliter, cū ~~geliebt~~
 amati essemus vel fuissetus, essetis vel ~~worden.~~
 fuissetis, essent vel fuissetent. Futuro, cum ~~So ich wer~~
 amatus ero vel fuero, eris vel fueris, erit ~~de geliebt~~
 vel fuerit. Et pluraliter, cum amati eri- ~~worden.~~
 mus vel fuerimus, eritis vel fueritis, e-
 rint vel fuerint. Infinitiuo modo, sine
 numeris & personis, tempore præsen-
 ti, & præterito imperfecto, amari. Præ- ~~Geliebt~~
 terito perfecto & plusquamperfecto, ~~worden~~
 amatum esse vel fuisse. Futuro, amatum ~~Geliebt~~
 iri. Duo participia trahuntur ab hoc ~~worden~~
 verbo passiuo: Præteritum, vt amatus, ~~sein.~~
 Futurum, vt amandus.

DOceo verbum actiuum, in indicati-
 uo modo dictum, temporis præsen-
 tis, numeri singularis, figure simplicis,
 personæ primæ, coniugationis secundæ,
 quod coniugabitur sic: Doceo doces, Ich lere
 docet

eris
 ein.
 rden
 poro
 en-
 am,
 nur
 tu,
 mas
 i, &
 rer,
 plu
 ini,
 luf-
 vel
 flet.
 vel
 eris
 nam
 fen
 tur.
 ini,
 m a-
 arer

Ich lere. docet. Et pluraliter, docemus docetis
Ich hab ge- docent. Præterito imperfecto, docebã
